du soleil, influence qui remplace le principe actif de la procréation. — « Tout le monde a entendu parler des prétendues *générations spontanées*, admises par les anciens pour une multitude d'animaux de tous les types, et par quelques modernes pour un certain nombre d'êtres vivants appartenant aux types inférieurs. Jadis il suffisait qu'on vît sortir une anguille de la vase d'une rivière, un ver de la pourriture d'un cadavre, pour qu'on attribuât leur origine aux forces générales qui pénètrent les matières en décomposition. Mais on put se convaincre plus tard que ces êtres, d'une organisation très complexe, naissent d'êtres semblables à eux, qu'ils ne sont point les résultats d'une *génération spontanée* ou accidentelle, mais bien d'une génération régulière, et l'on exprima ce fait en disant : *Omne vivum ex ovo*. Quand le microscope fit découvrir des myriades d'êtres des deux règnes dans les eaux plus ou moins corrompues, dans la colle des farines, etc., la doctrine de l'apparition spontanée des organismes dans les matières en décomposition prit quelque apparence de vérité, au moins pour les organismes les plus simples. Nous devons nous borner ici à trois observations sommaires sur cette question. Nous ferons remarquer préliminairement que cette doctrine est contraire à un fait que consacre tout l'histoire naturelle, non moins que nos livres saints, savoir, qu'il y a un acte de création à l'origine des deux règnes organiques, comme à l'origine de l'univers physique, et que les écoles panthéistes ou épicuriennes ont seules professé, dans ces derniers temps, la puissance créatrice de la nature. Nous ajouterons, en second lieu, que la *génération directe* étant la règle, ou, si l'on aime mieux, le fait ordinaire, la *génération spontanée* deviendrait une exception, et qu'elle a déjà par cela même contre elle un préjugé d'une grande valeur. Enfin, tandis que l'observation nous apprend chaque jour que les êtres regardés comme le produit spontané des eaux corrompues jouissent surabondamment des modes ordinaires de reproduction, et que les germes conservent longtemps, chez les animaux inférieurs, la faculté de se développer, aucune expérience n'a fourni jusqu'à ce jour la preuve directe du prétendu fait exceptionnel qu'on voudrait introduire dans la science, et cette preuve reste évidemment à la charge des partisans de la doctrine en question » (Hollard, *Encyclopédie du XIX^e siècle*, art. *Génération*). — C'est encore en suivant les données physiques de son temps, que le saint docteur a dit plus haut que l'air peut recevoir successivement la forme du feu et celle de l'eau. Cela est vrai en partie; car l'air contient un cinquième d'oxygène, et ce gaz, qui est inflammable, entre pour un tiers dans la composition de l'eau.

feriores particulares. Quum autem aliquis effectus producitur ab aliqua causa superiori, mediantibus propriis principiis, non est miraculum. Nullo igitur modo virtute superiorum creaturarum aliqua miracula fieri possunt.

5° Amplius, Eiusdem rationis esse vide-

tur quod aliquid operetur ex subjecto, et quod operetur id ad quod est in potentia subjectum; et quod ordinate operetur per determinata media; nam subjectum non fit in potentia propinqua ad ultimum, nisi quum fuerit actu in medio; sicut cibus non est statim in potentia caro, sed quum fuerit

de la chair en puissance, mais quand ils sont changés en sang. Or, toute créature doit nécessairement disposer d'un sujet pour faire quelque chose, et elle ne peut faire que les choses pour lesquelles le sujet est en puissance (liv. II, ch. 21). Donc elle ne saurait rien faire qu'en amenant le sujet à l'acte par des moyens déterminés. Donc, puisque le miracle consiste en ce qu'un effet est produit en dehors de l'ordre naturel de sa production, la puissance d'une créature ne suffit pas pour faire des miracles.

6° Il y a un ordre naturel entre les différentes espèces de mouvement. Le premier est le mouvement local : par conséquent, il est la cause des autres ; car, en tout genre, le premier être est la cause de ceux qui viennent après lui dans le même genre. Or, dans les êtres inférieurs, tout effet résulte nécessairement d'une production ou d'un changement. Donc, si un effet de cette nature a pour auteur un agent incorporel, qui n'est pas susceptible du mouvement local proprement dit, il faut qu'il se réalise au moyen d'un instrument qui est mêlé localement. Or, les effets que produisent les substances incorporelles au moyen d'instruments corporels ne sont point miraculeux ; car les corps n'opèrent que suivant la nature. Donc les substances incorporelles créées ne peuvent faire aucun miracle par leur propre puissance, et les substances corporelles, dont toutes les actions sont naturelles, le pourront beaucoup moins encore. Donc il n'appartient qu'à Dieu de faire des miracles ; car il est au-dessus de l'ordre universel, puisque c'est de sa Providence que cet ordre découle ; et sa puissance étant infinie sous tous rapports, elle n'est point astreinte à tel effet particulier, ni à produire ses effets par des moyens ou suivant un ordre déterminé.

conversus in sanguinem. Omnis autem creatura necesse habet uti subjecto ad hoc quod aliquid faciat; nec potest facere nisi ad quod subjectum est in potentia, ut ostensum est (l. II, c. 21). Ergo non potest facere aliquid, nisi subjectum reducat in actum per determinata media. Miracula igitur, quæ sunt ex hoc quod aliquis effectus producitur non illo ordine quo naturaliter fieri potest, virtute creaturæ fieri non possunt.

6° Adhuc, Inter species motus ordo quidam naturalis attenditur; nam primus motuum est motus localis, unde et causa aliorum existit; primum enim, in quolibet genere, causa invenitur eorum quæ in illo genere consequuntur. Omnis autem effectus qui in his inferioribus producitur, per

aliquam generationem vel alterationem necesse est ut producat. Oportet igitur quod, per aliquid localiter motum, hoc proveniat, si fiat ab aliquo agente incorporali, quod proprie localiter moveri non possit. Effectus autem qui fiunt a substantiis incorporeis, per corporea instrumenta, non sunt miraculosi; corpora enim non operantur nisi naturaliter. Non igitur substantiæ incorporeæ creatæ possunt aliqua miracula facere propria virtute, et multo minus substantiæ corporeæ, quarum omnis actio naturalis est. Solius igitur Dei est miracula facere; ipse enim est superior ordine sub quo universa continentur, sicut a cuius Providentiæ totus hic ordo fluit; ejus etiam virtus, quum sit omnino infinita, non determinatur ad aliquem specialem

C'est pourquoi l'Écriture dit de Dieu : *Il fait seul de grandes merveilles* (Ps. CXXXV, 4).

CHAPITRE CIII.

Les substances spirituelles font des choses miraculeuses, qui ne sont cependant pas de vrais miracles.

Avicenne affirme que, pour produire un effet, la matière est beaucoup plus soumise aux substances séparées qu'aux agents contraires de la nature. Il conclut de ceci que quand ces substances appréhendent une chose, il en résulte quelquefois dans ce monde inférieur certains effets, tels que des pluies ou la guérison d'un malade, sans la coopération d'un agent corporel intermédiaire. Il donne en preuve notre âme qui, lorsqu'elle est douée d'une imagination vive, modifie le corps par la seule appréhension [intellectuelle]. Par exemple, qu'un homme marche sur une poutre élevée, il tombera facilement, parce que la crainte lui fait imaginer cette chute ; et si la poutre était posée à terre, en sorte qu'il n'eût pas de chute à redouter, il ne tomberait pas. Il est évident que, par suite de la seule appréhension de l'âme, le corps s'échauffe, comme il arrive lorsque l'homme s'abandonne à la concupiscence ou à la colère ; et même il se refroidit ; ce qui est l'effet ordinaire de la crainte. Quelquefois une forte appréhension fait subir au corps un changement qui va jusqu'à la maladie, comme la fièvre et même la lèpre. C'est ce qui fait dire à cet auteur que si l'âme est

effectam, neque ad hoc quod effectus illius producatur aliquo determinato modo vel ordine.

Hinc est quod dicitur de Deo : *Qui facit mirabilia magna solus* (Psalm. CXXXV, 4).

CAPUT CIII.

Quod substantiis spirituales aliqua miracula operantur, que tamen non sunt vere miracula.

Fuit autem positio Avicennæ (*De Anima*, l. VI, c. 2 et l. VIII, c. ult.) quod substantiis separatis multo magis obedit materia ad productionem alicujus effectus quam contrariis agentibus in natura ; unde ponit quod ad ar...

tantiarum sequitur interdum effectus aliquis in istis inferioribus, vel pluviarum, vel sanitatis alicujus infirmi, absque aliquo corporeo agente medio. Cujusquidem signum ab anima nostra accepit, quæ quum fuerit fortis in sua imaginatione, ad solam apprehensionem immutatur corpus ; sicut quum quis ambulans super trabem in alto positam cedit de facili, quia imaginatur casum ex timore ; non autem caderet, si esset traves illa posita super terram, unde casum timere non posset. Manifestum est autem quod ad solam apprehensionem animæ calescit corpus, sicut accidit in concupiscentibus vel iratis ; aut etiam in frigidatur sicut accidit in timentibus. Quandoque etiam immutatur ex forti apprehensione ad aliquam ægritudinem, puta febrem vel etiam lepram. Et per hunc modum dicit quod, si

pure, affranchie des passions charnelles et douée d'une grande vigueur dans ses appréhensions, non-seulement son propre corps, mais aussi les corps extérieurs lui obéissent, à tel point que son appréhension est capable de rendre la santé aux malades, ou de produire d'autres effets analogues. Selon lui, la cause de la fascination est une impression nuisible que l'âme affectée d'un violent sentiment de haine exerce sur le sujet, surtout s'il est enfant, à raison de la mollesse de son corps, qui le dispose à recevoir facilement ces sortes d'impressions. La conséquence qu'il tire de là, c'est que l'appréhension des substances séparées, qu'il se représente comme les âmes ou les moteurs des sphères, sont beaucoup plus capables de produire dans les êtres inférieurs certains effets, sans la coopération d'aucun agent corporel.

Cette opinion est assez d'accord avec la doctrine qu'Avicenne professe ailleurs. Il enseigne que toutes les formes substantielles découlent d'une substance séparée dans les êtres inférieurs, et que les agents corporels ne font que disposer la matière à recevoir l'impression de cet agent séparé. Cela est faux, d'après ce que prouve Aristote, que les formes reçues dans la matière ne viennent pas de formes séparées, mais des formes qui résident dans la matière; et c'est pour cela que l'effet ressemble à l'agent qui le produit (1). Il n'est pas très avanta-

(1) Manifestum est quod neque species fit, aut quodcumque nominare oportet formam quæ in sensibili.... Patet ergo quod specierum causæ (quemadmodum quidam dicere solent species), si aliquæ sunt præter singularia, ad generationes et substantias nihil prorsus, nec sunt propter hæc substantiæ secundum se. In quibusdam etenim etiam manifestum est quod generans tale est quale quod generatur, non tamen idem, nec unum numero, sed unum specie, ut in naturalibus; homo namque hominem generat, nisi quid præter naturam fiat, ut equus mulum. Et hæc quoque similiter; quod enim est commune equo et asino non est nominatum propinquissimum genus; fuerint autem ambo fortassis, uti mulus. Quare patet quod non oportet tanquam exemplar speciem ponere; in his etenim maxime quærentur; hæc enim maxime substantiæ sunt, sed generans causa sufficiens est ut faciat et causa sit speciei esse in materia. Tota vero jam talis species in his carnibus et ossibus, Callias et Socrates; et diversa quidem propter materiam (diversa etenim) idem autem speciei; indivisibilis namque species est (Arist., *Metaphys.*, VII, c. 8).

anima sit pura, non subjecta corporalibus passionibus et fortis in sua apprehensione, obedit apprehensioni ejus, non solum corpus proprium, sed corpora etiam exteriora; adeo quod ad ejus apprehensionem sanetur aliquis infirmus, vel aliquid aliud hujusmodi. Et hoc ponit esse causam fascinationis, quia anima alicujus, vehementer affecta in malevolentia, habet impressionem nocuenti in aliquem, maxime puerum, qui, propter corporis teneritudinem, est facile susceptivus impressionum. Unde vult quod

multo amplius ad apprehensionem substantiarum separatarum, quas ponit animas vel motores orbium, sequantur aliqui effectus in istis inferioribus absque actione alicujus corporalis agentis.

Hæc autem positio satis consona est aliis suis positionibus. Ponit enim quod omnes formæ substantiales effluant in hæc inferiora a substantia separata, et quod corporalia agentia non sunt nisi disponentia materiam ad suscipiendam impressionem agentis separati; quod quidem non est verum, secundum

geux à sa thèse de nous donner pour exemple l'impression que l'âme exerce sur le corps; car l'appréhension intellectuelle de l'âme ne détermine une modification dans le corps qu'autant qu'il s'y joint une affection quelconque, telle que la joie, la crainte, la révolte de la concupiscence, ou d'autres passions. Or, ces passions sont accompagnées d'un mouvement déterminé du cœur, d'où résulte ultérieurement une modification totale du corps, laquelle consiste soit dans un mouvement local, soit dans quelque altération; d'où il ressort que l'appréhension de l'intelligence ne produit un changement dans le corps qu'au moyen du mouvement local. La fascination ne vient pas, comme il le prétend, de ce que l'appréhension d'une personne modifie immédiatement le corps de l'autre; mais, par l'intermédiaire d'un mouvement du cœur, l'appréhension de l'âme modifie le corps qui lui est uni, et cette modification se communique jusqu'à l'œil, qui peut altérer un objet extérieur, surtout si cet objet est disposé à l'être facilement: ainsi, pendant le temps des règles, l'œil de la femme ternit un miroir.

Une substance spirituelle créée ne peut donc, par sa propre puissance, appliquer aucune forme à la matière corporelle, comme si la matière lui obéissait afin d'arriver à l'acte de telle forme, autrement que par le mouvement local de quelque corps. Il entre, en effet, dans la puissance d'une substance spirituelle créée que les corps lui obéissent pour le mouvement local, et quand elle veut localement un corps, elle peut faire usage de principes actifs naturels pour produire certains effets, de même que le forgeron qui emploie le feu pour amollir le fer. Or, cela n'est pas, à proprement parler, un miracle. Les

Aristotelis doctrinam, qui probat (*Metaphys.*, VII, c. 8.) quod formæ quæ sunt in materia non sunt a formis separatis, sed a formis quæ sunt in materia; sic enim invenitur similitudo inter faciens et factum. Exemplum etiam quod sumitur de impressione animæ in corpus non multum adjuvat ejus intentionem. Non enim ex apprehensione sequitur aliqua immutatio corporis, nisi apprehensioni adjuncta fuerit affectio aliqua, ut gaudii vel timoris vel concupiscentiæ aut alterius passionis; hujusmodi autem passiones accidunt cum aliquo determinato motu cordis, ex quo sequitur ulterius immutatio totius corporis, vel secundum motum localem, vel secundum alterationem aliquam; unde adhuc remanet quod apprehensio spiritualis non alterat corpus, nisi mediante motu locali. Quod autem de fascinatione inducit non

ob hoc accidit quod apprehensio unius immediate immutat corpus alterius, sed quia, mediante motu cordis, immutat corpus conjunctum, cujus immutatio pervenit ad oculum, a quo infici potest aliquid extrinsecum, præcipue si sit facile mutabile, sicut etiam oculus menstruatus inficit speculum.

Substantia igitur spiritualis creata propria virtute nullam formam inducere potest in materiam corporealem, quasi materia ad hoc sibi obediente ut exeat in actum alicujus formæ, nisi per motum localem alicujus corporis. Est enim hoc in virtute substantiæ spiritualis creatæ ut corpus obediat sibi ad motum localem; movendo autem localiter aliquod corpus, adhibere potest aliqua naturaliter activa ad effectus aliquos producendos, sicut etiam ars fabrilis adhibet ignem ad mollificationem ferri. Hoc autem non est

substances spirituelles créées ne font donc pas de miracles par leur propre puissance. Nous disons, *par leur propre puissance*, parce que rien ne s'oppose à ce que ces substances fassent des miracles, quand elles agissent en vertu de la puissance divine. Nous le voyons par ce que dit saint Grégoire, qu'un ordre d'Anges est spécialement destiné à opérer des miracles (2). Et ailleurs le même docteur ajoute qu'il y a des saints qui font des miracles, non-seulement par leur intercession, mais encore par leur puissance (3).

Il faut observer que quand les Anges ou les démons emploient les choses de la nature pour produire des effets déterminés, ils s'en servent comme d'instruments, de même que le médecin a recours, comme à des instruments, à certaines herbes pour guérir. Or, il découle de l'instrument, non-seulement un effet correspondant à sa puissance propre, mais encore un résultat qui dépasse cette puissance, en tant qu'il agit par la puissance de l'agent principal. Par exemple, la scie et la hache ne sont capables de faire un bois de lit que parce que l'art leur donne l'impulsion qui les fait agir en vue de cet effet; la chaleur naturelle ne pourrait pas non plus faire de la chair sans la puissance de l'âme végétative pour laquelle la chaleur est une sorte d'instrument. Il est donc convenable que des effets supérieurs découlent des choses mêmes de la nature, par cela seul que les substances spirituelles les emploient comme instruments. Ainsi donc, quoiqu'on

(2) Qui (Angeli) idcirco privatis nominibus censentur, ut signetur per vocabula etiam in opere quid valeant. Michael namque : Quis ut Deus.... Et quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur, ut ex ipso actu et nomine detur intelligi, quia nullus potest facere quod facere prævalet Deus (Homil. xxxiv, in *Evang.*.)

(3) C'est-à-dire par la puissance qu'ils ont reçue de Dieu.—Saint Grégoire, après avoir raconté comment saint Benoît délivra miraculeusement, et sans le toucher, un homme que les Ariens avaient enchaîné et qu'ils maltrahent beaucoup, ajoute : « Ecce est, Petre, quod dixi, quia hi qui Omnipotenti Deo familiariter servant, aliquando mira facere etiam ex potestate possunt » (*Dialog.*, l. II, c. 31).

miraculosum proprie loquendo. Unde relinquitur quod substantiæ spirituales create non faciunt miracula, propria virtute. Dico autem *propria virtute*, quia nihil prohibet hujusmodi substantias spirituales, in quantum agunt virtute divina, miracula facere; quod etiam ex hoc videtur quod nunc ordo Angelorum specialiter deputatur, ut Gregorius dicit (*Homil.*, xxxiv, in *Evang.*) ad miracula faciendâ, qui etiam dicit (*Dial.*, l. II, c. 31) quod quidam sancti interdum miracula faciunt ex potestate, non solum ex intercessione.

Considerandum tamen est quod, quum

res aliquas naturales vel Angeli vel demones adhibent ad aliquos determinatos effectus, utuntur eis quasi instrumentis quibusdam, sicut medicus utitur ut instrumentis aliquibus herbis ad sanandum. Ex instrumento autem procedit non solum suæ virtuti correspondens effectus, sed etiam aliquid ultra propriam virtutem, in quantum agit in virtute principalis agentis; serra enim et securis non possunt facere lectum, nisi in quantum agunt ut motæ ab arte et ad talem effectum; nec calor naturalis possit carnem generare, nisi virtute animæ vegetabilis, quæ utitur ipso quasi quodam instru-

ne puisse pas donner absolument le nom de miracle à de tels effets, par la raison qu'ils proviennent de causes naturelles, cependant ce sont pour nous des choses merveilleuses sous un double rapport : d'abord parce que les substances spirituelles amènent ces causes à produire leurs effets autrement que nous n'avons coutume de le voir ; de là vient que les œuvres des ouvriers habiles étonnent ceux qui ignorent leur art ; ensuite parce que les causes naturelles, ainsi déterminées à produire certains effets, reçoivent une partie de leur puissance par là même qu'elles deviennent les instruments des substances spirituelles ; et cela ressemble davantage au miracle.

CHAPITRE CIV.

Les opérations des magiciens ne résultent pas uniquement de l'influence des astres.

Quelques auteurs ont avancé qu'il faut attribuer ces choses qui nous paraissent merveilleuses, et qui s'opèrent par les pratiques de la magie, non à des substances spirituelles, mais à l'influence des astres. Ils donnent pour preuve que ceux qui exercent cet art observent la disposition des astres, et font même usage de certaines herbes et d'autres substances matérielles, comme pour préparer la matière inférieure à subir l'action de cette influence céleste. Or, les faits dont nous sommes témoins démentent formellement cette assertion. En effet :

1° Puisque nul principe matériel ne peut produire en nous l'intelli-

mento. Conveniens est igitur quod ex ipais rebus naturalibus proveniant aliqui altiores effectus, ex hoc quod spirituales substantiæ eis utuntur quasi instrumentis quibusdam. Sic ergo, licet tales effectus simpliciter miracula dici non possint, quia ex naturalibus causis proveniunt, mirabiles tamen redduntur nobis dupliciter : uno modo, ex hoc quod per spirituales substantias tales causæ, modo nobis inconsuetæ, ad proprios effectus apponuntur ; unde ingeniosorum artificum opera mira redduntur, quum ab aliis non percipitur qualiter operantur ; alio modo, ex hoc quod causæ naturales, appositæ ad effectus aliquos producendos, aliquid virtutis sortiuntur ex hoc quod sunt instrumenta spiritualium substantiarum ; et hoc magis accedit ad rationem miraculi.

CAPUT CIV.

Quod opera magorum non sunt solum ex impressione caelestium corporum.

Fuerunt autem quidam dicentes quod hujusmodi opera nobis mirabilia quæ per artes magicas fiunt non ab aliquibus spiritualibus fiunt substantiis, sed ex virtute caelestium corporum ; cujus signum videtur quod ab exercentibus hujusmodi opera stellarum certus situs consideratur ; adhibentur etiam quædam herbarum et aliarum corporalium rerum auxilia, quasi ad præparandam inferiorem materiam ad suscipiendam influentiam virtutis caelestis. Hoc autem expresse adversatur apparentibus.

1° Quum enim non sit possibile ex

gence des choses (ch. 84), il est impossible que la puissance d'un corps céleste devienne la cause d'effets qui sont propres à une nature intelligente. Or, nous voyons se produire dans les opérations magiques des résultats qui sont les effets propres d'une créature raisonnable, comme les réponses aux questions touchant les objets volés et à d'autres semblables. Donc il est faux que tous ces effets aient pour unique cause l'influence des astres.

2° L'action de parler appartient en propre à la créature raisonnable. Or, dans ces opérations, certains êtres apparaissent aux hommes, conversent avec eux et raisonnent sur diverses choses. Il est donc impossible que de la seule influence des astres proviennent de tels effets.

Si l'on nous répond que ces apparences n'affectent pas les sens extérieurs, mais seulement l'imagination, nous refusons de l'admettre, pour deux raisons.

D'abord, personne ne prend les formes qui se produisent dans l'imagination pour des êtres véritables, à moins d'avoir perdu l'usage des sens extérieurs; car il n'est pas possible que l'on considère de simples apparences comme des réalités, si le jugement naturel des sens n'est point enchaîné. Or, les hommes qui ont ces entretiens et ces apparitions conservent le libre usage de leurs sens extérieurs. Donc il répugne que, dans ces conditions, l'imagination seule voie et entende.

En second lieu, quelle que soit la forme représentée dans l'imagination, elle ne saurait donner à quelqu'un une connaissance intellectuelle qui excède la capacité naturelle ou acquise de son intelligence : ainsi, quoique les songes présagent en quelque manière les événements

aliquibus corporeis principiis intellectum causari, ut supra (c. 84) probatum est, impossibile est quod effectus qui sunt proprii intellectualis naturæ ex virtute cœlestis corporis causentur. In hujusmodi autem operationibus magorum apparent quædam quæ sunt propria rationalis creaturæ opera; redduntur enim responsa de furtis sublatiis et de aliis hujusmodi; quod non posset fieri, nisi per intellectum. Non igitur est verum omnes hujusmodi effectus sola virtute cœlestium corporum causari.

2° Præterea, Ipsa loquela proprius actus est rationalis naturæ. Apparent autem aliqui colloquentes hominibus in prædictis operationibus et ratiocinantes de diversis. Non est igitur possibile quod hujusmodi fiant sola virtute cœlestium corporum.

Si quis autem dicat quod hujusmodi

apparentiæ non sunt secundum sensum exteriorem, sed secundum imaginationem tantum, hoc quidem primo non videtur verum.

Non enim alicui apparent formæ imaginatæ quasi res veræ, nisi fiat alienatio ab exterioribus sensibus; quia non potest esse quod similitudinibus attendatur tanquam rebus, nisi ligato naturali judicio sensus. Hujusmodi autem colloctiones et apparitiones fiunt ad homines qui utuntur libero sensibus exterioribus. Non est igitur possibile quod hujusmodi visa vel audita sint secundum imaginationem tantum.

Deinde, Ex quibuscumque formis imaginatis non potest alicui provenire intellectualis cognitio ultra facultatem naturalem vel acquisitam sui intellectus; quod et in somnis patet, in quibus, etsi sit aliqua

futurs, tous ceux qui ont des songes n'en comprennent pas la signification. Or, très souvent, dans les opérations magiques, les choses que voient ou entendent certaines personnes leur donnent une connaissance intellectuelle qui dépasse la portée de leur intelligence, comme la révélation des trésors cachés et la manifestation de l'avenir; et même quelquefois des réponses conformes à la vérité sont prises dans les données d'une science (1). Il faut donc ou que l'imagination ne soit pas seule à voir ces êtres qui apparaissent et conversent, ou au moins que la puissance d'une intelligence supérieure communique à l'homme, au moyen de ces imaginations, des notions que la seule influence des astres est impuissante à produire.

3° Tout effet résultant de l'influence des corps célestes est naturel; car les formes naturelles sont celles que réalise dans les êtres inférieurs l'influence des astres. Donc l'influence des astres ne saurait faire une chose qui n'est naturelle à aucun être. Or, on raconte qu'il se fait de ces choses par les pratiques de la magie: par exemple, que toutes les serrures s'ouvrent devant telle personne; que quelqu'un devient invisible, et beaucoup d'autres phénomènes semblables dont on parle. Donc ces effets ne peuvent venir de l'influence des astres.

4° Toutes les fois que l'influence des astres confère à un être une propriété qui est la conséquence d'une autre, elle lui confère aussi la première. Or, un être se meut de lui-même parce qu'il a une âme; car c'est une propriété des êtres animés de se mettre eux-mêmes en

(1) Ces phénomènes admis par saint Thomas n'ont-ils pas une grande analogie avec certains faits dits *magnétiques*? Voyez l'explication qu'en donne le saint docteur, tom. 2, p. 199, et la note de la page suivante.

præsignatio futurorum, non tamen quicumque videns somnia eorum significata intelligit. Per hujusmodi autem visa vel audita quæ apparent in operibus magorum, plerumque advenit alicui intellectualis cognitio aliquorum quæ sui intellectus facultatem excedunt, sicut revelatio occultorum thesaurorum, manifestatio futurorum; et quandoque etiam de aliquibus documentis scientiæ alicujus aliquibus vera respondentur. Oportet ergo quod vel illi apparentes et colloquentes non videantur secundum imaginationem tantum, vel saltem quod hoc fiat virtute alicujus intellectus superioris quod homo per hujusmodi imaginationes in cognitionem talium adducatur, et non fiat hoc solum virtute cœlestium corporum.

3° Adhuc, Quod virtute cœlestium corporum fit est effectus naturalis; nam formæ naturales sunt quæ in inferioribus causantur ex virtute cœlestium corporum. Quod igitur nulli rei potest esse naturale non potest fieri virtute cœlestium corporum. Quædam autem talia fieri dicuntur per operationes prædictas: sicut quod ad præsentiam alicujus quæcumque sera ei pandatur; quod aliquis invisibilis reddatur; et multa hujusmodi narrantur. Non est igitur possibile hoc fieri virtute cœlestium corporum.

4° Amplius, Cuicumque virtute cœlestium corporum confertur quod posterius est, confertur et ei quod prius est. Moveri autem per se consequitur ad habere animam; animatorum enim proprium est quod mo-

mouvement. Donc l'influence des astres est incapable de faire qu'un être inanimé se meuve lui-même. Or, on dit que les pratiques de la magie font mouvoir seule et parler une statue. Donc on ne peut attribuer les effets de la magie à une influence céleste.

Prétendre que l'influence des astres met dans cette statue quelque principe vital, c'est avancer une chose contradictoire.

Le principe vital de tous les êtres vivants est leur forme substantielle ; car, selon le Philosophe, l'acte de vivre est l'être de tout ce qui vit (2). Or, il est impossible qu'un être reçoive une nouvelle forme substantielle sans perdre celle qu'il possédait auparavant ; car la production d'un être est la destruction d'un autre. Quand on travaille une statue, on ne lui ajoute aucune forme substantielle, mais la matière change seulement de figure, et la figure est un accident ; car la forme du bronze ou de toute autre matière demeure. Donc cette statue ne peut pas recevoir un principe vital.

5^o L'être qui meut un principe vital a nécessairement un sens ; car tout moteur est un sens ou une intelligence ; et, dans les êtres produits par voie de génération et sujets à la destruction, l'intelligence n'est pas sans les sens. Il n'y a pas de sens là où le toucher fait défaut, ni de toucher sans un organe disposé pour servir de milieu. Or, ce n'est pas ainsi que sont constitués la pierre, la cire ou le métal qui

(2) Est anima causa principiumque corporis viventis. Atqui quum multifariam hæc dicantur, anima pari modo tribus determinatis modis causa est ; nam est ea causa a qua profiuit motus ; est etiam cujus gratia cætera fiunt ; et insuper ut forma corporum animatorum substantiave. Atque causam ut substantiam animantium esse non est obscurum ; causam namque cunctis ut sint formam ipsam atque substantiam esse patet. At vivere viventium est esse ; cujus sano causa est, ut constat, atque principium anima. Præterea actus ejus quod est potentia ratione ejusdem ; at anima viventis est corporis actus (Arist., *De anima*, II, c. 4).

veant seipsa. Impossibile est igitur fieri virtute cœlestium corporum quod aliquid inanimatum per se moveatur. Fieri autem hoc per magicas artes dicitur quod aliqua statua per se moveatur aut vocem emitat. Non est igitur possibile quod effectus magicarum artium fiat virtute cœlesti.

Si autem dicatur quod statua illa sortitur aliquod principium vitæ virtute cœlestium corporum, hoc est impossibile.

Principium enim vitæ, in omnibus viventibus, est forma substantialis ; vivere enim est esse viventibus, ut Philosophus dicit (*de Anima*, II, c. 4). Impossibile est autem quod aliquid recipiat aliquam formam substantialem de novo, nisi amittat formam quam prius

habuit ; generatio enim unius est corruptio alterius. In fabricatione autem alicujus statuæ non adjicitur aliqua forma substantialis, sed fit transmutatio solum secundum figuram, quæ est accidens ; manet enim forma cupri vel alicujus hujusmodi. Non igitur est possibile quod hujusmodi statuæ sortiantur aliquod principium vitæ.

5^o Adhuc, Si aliquid per principium vitæ moveatur, necesse est quod habeat sensum ; movens enim est sensus vel intellectus ; intellectus autem in generabilibus et corruptilibus non est sine sensu. Sensus autem non potest esse ubi non est tactus, nec tactus sine organo medie temperato ; talis autem temperies non invenitur in lapide

servent de matière à la statue. Donc cette statue ne peut recevoir le mouvement d'un principe vital.

6° L'influence céleste n'est pas le seul principe générateur des êtres vivants parfaits, mais ils sortent aussi d'un sperme; car un homme et le soleil concourent à la génération de l'homme. Or, ceux que l'influence céleste produit sans sperme sont les animaux nés de la putréfaction, et qui sont les plus vils de tous. Si donc ces statues reçoivent uniquement, en vertu d'une influence céleste, un principe vital qui leur donne la faculté de se mouvoir elles-mêmes, on doit les considérer comme les plus vils des animaux; et cependant il n'en est pas ainsi, supposé qu'elles agissent par un principe vital intrinsèque; car il y a dans leurs actes des opérations nobles, puisqu'elles découvrent les choses secrètes. Donc elles ne peuvent agir ou se mouvoir par un principe vital.

7° L'effet naturel résultant de l'influence des astres est produit indépendamment de l'exercice d'un art; car, bien que quelquefois on emploie des moyens artificiels pour faire éclore des grenouilles ou d'autres animaux semblables, il n'en est pas moins vrai que l'éclosion des grenouilles ne dépend nullement de ces moyens artificiels. Si donc ces images que suscite la nécromancie ont un principe vital, il devra s'en produire sans le secours de cet art. Or, cela ne se voit jamais. Donc, évidemment, ces images sont dépourvues de principe vital et elles ne se meuvent pas sans l'influence d'un astre.

Par là se trouve réfuté ce que dit Hermès, au rapport de saint Augustin : « De même que Dieu a fait les dieux du ciel, ainsi l'homme a

vel cera vel metallo, ex quo fit statua. Non est igitur possibile quod hujusmodi status moveantur per principium vitæ.

6° Amplius, Viventia perfecta non solum generantur ex virtute celesti, sed etiam ex semine; homo enim generat hominem et sol. Quæ autem virtute celesti sine semine generantur sunt animalia generata ex putrefactione, quæ inter alia ignobiliora sunt. Si igitur per virtutem celestem solum hujusmodi status sortiuntur principium vitæ, per quod moveant seipsa, oportet ea esse ignobilissima inter animalia; quod tamen esset falsum, si per principium vitæ intrinsecum operarentur; nam in earum actibus apparent nobiles operationes, quum respondeant de occultis. Non est igitur possibile quod operentur vel moveantur per principium vitæ.

7° Item, Effectum naturalem virtute celestium corporum productum contingit inveniri absque artis operatione; etsi enim aliquo artificio aliquis operetur ad generationem ranarum vel aliquorum hujusmodi, contingit tamen generari ranas absque omni artificio. Si ergo virtute celestium corporum hujusmodi status, quæ per artem necromanticam fiunt, sortiuntur principium vitæ, erit invenire generationem talium absque hujusmodi arte. Hoc autem non invenitur. Manifestum est igitur quod hujusmodi status non habent principium vitæ neque moventur virtute celestis corporis.

Per hoc autem excluditur positio Hermetis, qui sic dixit, ut Augustinus refert : « Deus ut effector est deorum celestium, « ita homo fctor est deorum qui in templis « sunt humana proximitate contenti...;

« fabriqué les dieux renfermés dans les temples, et qui portent la ressemblance humaine... ; je veux parler des statues animées, douées de sentiment et remplies d'esprit, qui font tant et de si grandes choses ; des statues qui connaissent l'avenir et l'annoncent par des oracles, des devins et par beaucoup d'autres moyens ; qui rendent les hommes infirmes et les guérissent, et leur envoient, selon leurs mérites, la tristesse et la joie » (*Cité de Dieu*, VIII, ch. 23).

Ceci est en opposition avec la Sainte-Écriture, qui dit : *Les statues des nations ne sont que de l'argent et de l'or, c'est l'œuvre de la main des hommes ; elles ont une bouche et ne parleront point* (Ps. CXIII, 12 et 13) ; *parce que l'esprit (de vie) n'est pas dans leur bouche* (Ps. CXXXIV, 17).

Cependant, il ne faut pas nier absolument que l'influence des astres puisse mettre dans les êtres dont nous venons de parler quelque puissance, mais seulement pour les effets que certains corps inférieurs sont capables de produire sous l'action des corps célestes.

CHAPITRE CV.

D'où les pratiques de la magie tirent leur efficacité.

Il nous reste à rechercher ce qui donne de l'efficacité aux arts magiques, et il est facile de le découvrir si l'on examine avec soin la manière dont les magiciens opèrent.

Dans leurs opérations ils prononcent certaines paroles qui ont une signification particulière pour produire des effets déterminés. Or, la

« statuas dico animatas sensu et spiritu
« plenas tantaque facientes et talia ; sta-
« tuas futurorum præcias, eaque sorte,
« vate, somniis multisque aliis rebus præ-
« dicentes ; imbecillitates hominibus facien-
« tes, eaque curantes, tristitiam lætiti-
« am que pro meritis dantes » (*De civitate Dei*,
VIII, c. 23).

Hæc autem positio auctoritate divina destruitur ; dicitur enim : *Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum ; os habent, et non loquentur* (Psalm. CXIII, c. 12 et 13) ; *neque enim est spiritus in ore ipsorum* (Psalm. CXXXIV, 17).

Non videtur autem omnino negandum quin in prædictis ex virtute cœlestium corporum aliquid virtutis esse possit, ad illos

tamen solos effectus quos virtute cœlestium corporum aliqua inferiora corpora producere possunt.

CAPUT CV.

Unde magorum operationes efficaciam habeant.

Investigandum autem relinquitur unde artes magicæ efficaciam habent ; quodquidem facile perpendi potest, si modus operationis earum attendatur.

In suis enim operationibus utuntur vocibus quibusdam significativis ad determinatos effectus producendos. Vox autem, in quantum est significativa, non habet virtutem nisi ex aliquo intellectu, vel ex

parole, en tant qu'elle signifie quelque chose, n'a d'autre puissance que celle qu'elle reçoit d'une intelligence, ou de celui qui parle, ou de celui à qui l'on parle : de celui qui parle, par exemple, si quelqu'un est doué d'une intelligence assez puissante pour produire, en les concevant, ses effets auxquels il notifie, en quelque sorte, cette conception par le moyen de la parole ; de celui à qui l'on parle, quand le sens du discours, pénétrant dans l'intelligence de l'auditeur, le détermine à faire quelque chose. Or, on ne peut pas prétendre que l'intelligence des magiciens donne leur efficacité à ces formules significatives. En effet :

1° Puisque la puissance découle de l'essence, une différence dans la puissance indique une différence dans les principes essentiels. Or, l'intelligence du commun des hommes est disposée de telle sorte que, loin de produire les choses en les concevant, ce sont plutôt les choses qui produisent en elle la connaissance. Si donc il est des hommes qui possèdent en propre la puissance de changer les choses au moyen de paroles qui expriment les conceptions de leur intelligence, ils appartiennent à une autre espèce et le nom d'homme ne leur est donné que par équivoque.

2° La science ne confère pas la puissance d'exécuter une chose, mais seulement la connaissance de ce qu'il faut faire. Or, l'étude apprend à quelques-uns la manière de pratiquer la magie. Donc ceux-là n'ont aucunement la puissance de produire les effets de cet art, mais seulement les connaissances nécessaires.

Si l'on nous objecte que, dès leur naissance, les magiciens reçoivent de l'influence des astres cette puissance, en sorte que, quel que soit le

intellectu proferentis vel ex intellectu ejus ad quem proferitur : ex proferentis quidem intellectu, sicut si aliquis intellectus sit tantæ virtutis quod sua conceptione res possit causare, quamquidem conceptionem, vocis officio, producendis effectibus quodammodo præsentat ; ex intellectu autem ejus ad quem sermo dirigitur, sicut quum, per significationem vocis in intellectum receptam, audiens inducitur ad aliquid faciendum. Non autem potest dici quod voces illæ significativæ a magis prolatæ efficaciam habent ex intellectu proferentis.

1° Quum enim virtus essentialium principiorum diversitatem ostendit. Intellectus autem communiter hominum hujus dispo-

sitionis invenitur quod ejus cognitio ex rebus causatur magis quam sua conceptione res causare possit. Si igitur sint aliqui homines qui verbis conceptionem sui intellectus exprimentibus res possint transmutare propria virtute, erunt alterius speciei et dicentur æquivoce homines.

2° Amplius, Virtus faciendi non acquiritur per disciplinam, sed solum cognitio aliquid faciendi. Per disciplinam autem aliqui acquirunt quod hujusmodi operationes magicas efficiant. Non est igitur in eis ad hujusmodi effectus producendos virtus aliqua, sed cognitio sola.

Si quis autem dicat quod hujusmodi homines a sua nativitate ex virtute stellarum sortiuntur præ cæteris virtutem præ-

degré d'instruction des autres qui ne l'ont pas reçue à cet instant, ils sont incapables de procéder efficacement à ces opérations, nous ré pondrons tout d'abord que les astres ne sauraient exercer aucune impression sur l'intelligence, ainsi que nous l'avons démontré (ch. 84). Donc il n'est personne dont l'intelligence puisse recevoir de l'influence des astres une puissance telle que la manifestation de sa conception par la parole devienne la cause efficiente de quelque chose.

Si l'on prétend en outre que l'imagination opère quelque chose dans l'acte même de la prononciation de ces paroles significatives, et que les astres peuvent influencer sur elle, puisque cette opération s'effectue au moyen d'un organe corporel, cela ne peut être vrai pour tous les effets qui résultent des arts magiques. Nous avons, en effet, prouvé que l'influence des astres ne suffit pas à produire toutes sortes d'effets (ch. 85). Donc nul ne peut recevoir de cette influence la puissance de produire tous les effets. Donc, par conséquent, ces effets doivent être réalisés par une intelligence à laquelle est adressé, au moyen de ces paroles, le discours qu'un autre prononce. Ce qui le prouve, c'est que les paroles significatives dont se servent les magiciens sont des invocations, des supplications, des adjurations, ou même des ordres, comme s'ils s'entretenaient avec une autre personne.

3° Les magiciens emploient dans la pratique de leur art certains caractères et des figures déterminées. Or, la figure n'est un principe ni actif ni passif; car autrement les corps mathématiques seraient actifs et passifs. Donc la matière ne peut être disposée, au moyen de figures déterminées, à recevoir tel effet naturel. Donc les magiciens n'ont

dictam, ita quod, quantumcumque alii instruantur qui hoc ex nativitate non habent, efficaces in hujusmodi operibus esse non possunt, primo quidem dicendum est quod corpora caelestia super intellectum imprimere non possunt, ut supra (c. 84) ostensum est. Non igitur ex virtute stellarum sortiri potest intellectus alicujus hanc virtutem, quod representatio suae conceptionis per vocem sit alicujus effectiva.

Si autem dicatur quod etiam imaginatio aliquid in prolatione vocum significativarum operatur, super quam possunt corpora caelestia imprimere, quam hujusmodi operatio sit per organum corporale, hoc non potest esse quantum ad omnes effectus qui per hujusmodi artes fiunt. Ostensum est enim (c. 85) quod non possunt omnes effectus virtute stellarum produci. Ergo neque ex

virtute stellarum aliquis sortiri potest hanc virtutem ut eosdem effectus producat. Relinquitur igitur quod hujusmodi effectus compleantur per aliquem intellectum ad quem sermo proferentis per hujusmodi voces dirigitur. Hujus autem signum est; nam hujusmodi significativæ voces quibus magi utuntur invocationes sunt, supplicationes, adjurationes, aut etiam imperia quasi ad alterum colloquentis.

3° Item, In observationibus hujus artis utuntur quibusdam characteribus et figuris determinatis. Figura autem nullius actionis principium est neque passivæ; alias mathematica corpora essent activa et passiva. Non ergo potest per figuras determinatas disponi materia ad aliquem naturalem effectum suscipiendum; non ergo utuntur magi figuris aliquibus quasi dispositionibus.

pas recours à ces figures comme si elles produisaient certaines dispositions. Donc ils s'en servent comme de signes, car elles n'ont pas la vertu de conférer quelque chose de déterminé. Or, les signes ne nous servent que pour d'autres qui les comprennent. Donc les pratiques de la magie tirent leur efficacité d'un être intelligent auquel s'adressent les paroles du magicien.

Si l'on dit que certaines figures sont en rapport avec certains astres, et qu'ainsi telle figure détermine tel corps inférieur à recevoir les impressions de tel astre, nous ne voyons pas sur quelle raison s'appuie cette réponse. En effet :

1° Le sujet passif n'est déterminé à recevoir les impressions de l'agent que parce qu'il est en puissance. Donc ces principes seuls le déterminent à subir telle impression particulière en vertu desquels il est en quelque manière en puissance. Or, les figures ne disposent pas tellement la matière qu'elle soit en puissance pour quelque forme; car, par son essence, la figure est abstraite de toute matière et des formes sensibles puisqu'elle appartient à l'ordre mathématique. Donc il n'est point de figures ni de caractères qui déterminent un corps à subir une influence quelconque des astres.

2° Certaines figures ont des rapports avec des astres comme étant leurs effets; car les corps célestes sont la cause des figures des corps inférieurs. Or, les magiciens n'emploient pas les caractères et les figures comme étant les effets des astres; mais ces effets sont produits par l'homme qui opère au moyen de son art. Donc le rapport que l'on signale entre ces figures et quelques astres ne fait rien à la question présente.

Relinquitur ergo quod utuntur eis solum quasi signis; non enim est aliquid determinatum dare. Signis autem non utimur nisi ad alios intelligentes. Habent ergo magicæ artes efficaciam ab illo intelligente ad quem sermo magi dirigitur.

Si quis autem dicat quod figuræ aliquæ appropriantur aliquibus cœlestium corporum, et ita corpora inferiora determinantur per aliquas figuras ad aliquorum cœlestium corporum impressiones suscipiendas, videtur non rationabiliter dici.

1° Non enim ordinatur aliquod patiens ad suscipiendas impressiones agentis nisi per hoc quod est in potentia. Illa ergo tantum determinant ipsum ad specialem impressionem suscipiendam per quæ in po-

tentia fit quodammodo. Per figuras autem non disponitur materia ut sit in potentia ad aliquam formam, quia figura abstrahit secundum suam rationem ab omni materia et forma sensibili, quum sit quoddam mathematicum. Non ergo per figuras et characteres determinatur aliquod corpus ad suscipiendam aliquam influentiam cœlestis corporis.

2° Præterea, Figuræ aliquæ appropriantur corporibus cœlestibus ut effectus ipsarum; nam figuræ inferiorum causantur a corporibus cœlestibus Prædictæ autem artes non utuntur characteribus aut figuris quasi effectibus cœlestium corporum, sed sunt effectus hominis operantis per artem. Appropriatio igitur figurarum ad aliqua

3° Nous venons de prouver que les figures ne servent de rien pour disposer la matière naturelle à recevoir sa forme. Donc les corps dans lesquels ces figures sont imprimées ont la même aptitude à subir l'influence céleste que les autres corps de même espèce. Or, il appartient, non à l'agent qui opère en vertu d'une nécessité naturelle, mais à celui qui agit d'après sa libre élection, de faire tomber son action sur l'un des êtres qui sont dans la même disposition, plutôt que sur les autres, à raison d'une chose qu'il s'approprie à lui-même et qu'il trouve dans cet être. Il est donc clair que l'efficacité des pratiques de la magie, dans lesquelles on emploie des figures pour produire certains effets, ne vient pas d'un agent qui obéit à la nature, mais d'une substance intelligente qui agit par son intelligence. C'est ce qu'indique le nom même de *caractère* donné à ces sortes de figures ; car le caractère est un signe, et nous voyons par là qu'on fait usage de ces figures comme de signes pour entrer en communication avec une nature intelligente.

De ce que les figures sont comme les formes spécifiques des produits artificiels, on dira peut-être que rien ne s'oppose à ce qu'une vertu découlant d'une influence céleste résulte de la formation de la figure qui détermine l'espèce de l'image, non parce qu'elle est une figure, mais parce qu'elle est le principe spécifique du produit artificiel qui reçoit des astres cette vertu. Mais on ne peut rien dire des lettres ou autres caractères dont se composent les inscriptions apposées sur les images, sinon que ce sont des signes ; et, par conséquent, ils ne peuvent avoir de rapport qu'avec une intelligence. Nous en avons encore une preuve dans les sacrifices, les prostrations et

caelestia corpora nihil ad propositum facere videtur.

3° Item, Per figuras non disponitur aliqua materia naturalis ad formam, ut ostensum est. Corpora igitur in quibus sunt impressæ hujusmodi figuræ sunt ejusdem habilitatis ad recipiendum influentiam caelestem cum aliis corporibus ejusdem speciei. Quod autem aliquid agat in unum eorum quæ sunt æqualiter disposita, propter aliquid sibi appropriatum ibi inventum, et non in aliud, non est operantis per necessitatem naturæ, sed per electionem. Patet ergo quod hujusmodi artes, figuris utentes ad effectus aliquos producendos, non habent efficaciam ab aliquo agente per naturam, sed ab aliqua intellectuali substantia per intellectum agente. Hoc etiam demonstrat et ipsum nomen quod talibus figuris

imponunt, *characteres* eos dicentes ; character enim signum est, in quo datur intelligi quod figuris hujusmodi non utuntur nisi ut signis exhibitis alicui intellectuali naturæ.

3° Amplius, Si, secundum eorum positionem, una tantum sit anima quæ totum mundum animat et partes omnes ipsius (mundus autem non dicitur Deus nisi propter animam), erit ergo unus tantum Deus, et sic cultus divinitatis non debetur, nisi tantum uni. — Si vero sit una anima totius et diversæ partes iterum habeant diversas animas, oportet eos dicere quod animæ partium sub anima totius ordinentur; eadem enim est proportio perfectionum et perfectibilium. Existentibus autem pluribus substantiis intellectualibus ordinatis.

doit pas rendre le culte de latrie aux parties du monde, mais seulement au monde tout entier.

4^o Il est évident que certaines parties du monde n'ont pas une âme qui leur est propre. Donc il ne faut pas leur rendre le culte de latrie. Et cependant, ceux que nous combattons adoraient les âmes et les éléments du monde, tels que la terre, l'eau, le fer, et les autres corps inanimés.

3^o Le supérieur ne doit certainement pas un culte de latrie à son inférieur. Or, suivant l'ordre de la nature, l'homme est d'autant supérieur, au moins à tous les corps inférieurs, que sa forme est plus parfaite. Donc l'homme n'est pas tenu d'offrir le culte de latrie aux corps inférieurs, s'ils ont droit à un culte à raison de leurs âmes.

Les mêmes difficultés renaissent inévitablement, si l'on dit que le monde tout entier n'a pas une âme commune, mais que chacune de ses parties a une âme qui lui est propre ; car la partie la plus élevée aura nécessairement une âme plus noble, à laquelle seule, selon les principes antérieurement posés, sera dû le culte de latrie.

L'opinion qui attribue aux images le culte de latrie est encore plus déraisonnable que les précédentes. En effet :

1^o Si quelque vertu, ou une certaine noblesse découle des astres dans ces images, on ne leur doit pas pour cela un culte de latrie, puisqu'il n'est pas dû aux corps célestes eux-mêmes, à moins que ce ne soit à cause de leurs âmes, comme quelques-uns l'ont prétendu. Or, ceux-là pensent que les astres communiquent quelque vertu à ces images en raison de leur puissance physique.

illi tantum debetur latriæ cultus quæ summum locum in eis tenet, ut ostensum est contra aliam positionem. Non erit igitur exhibendus latriæ cultus partibus mundi, sed solum toti.

4^o Præterea, Manifestum est quasdam partes mundi non habere animam propriam. Eis igitur non erit exhibendus latriæ cultus. Et tamen ipsi colebant animas et mundi elementa, scilicet terram, aquam, ignem et alia hujusmodi inanimata corpora.

5^o Item, Manifestum est quod superius non debet inferiori latriæ cultum. Homo autem superior est, ordine naturæ, ad minus omnibus inferioribus corporibus quanto perfectiora habet formam. Non igitur ab homine esset exhibendus latriæ cultus inferioribus corporibus, si propter proprias eorum animas eis cultus deberetur.

Eadem etiam inconvenientia sequi necesse est, si quis dicat quod singulæ partes mundi habeant proprias animas, non autem totum habet aliquam animam communem. Oportebit enim quod suprema pars mundi habeat animam nobiliorem, cui soli, secundum præmissa, debetur latriæ cultus.

His autem positionibus irrationabilior est illa quæ dicit imaginibus esse latriæ cultum exhibendum.

1^o Si enim hujusmodi imagines habent virtutem aut aliquam dignitatem ex corporibus cœlestibus, non propter hoc debetur eis latriæ cultus, quam nec ipsis corporibus cœlestibus debeatur, nisi forte propter eorum animas ; ut quidam posuerunt. Hæc autem imagines ponuntur virtutem aliquam consequi ex corporibus cœlestibus secundum eorum corporalem virtutem.

2° Les images ne reçoivent évidemment pas des corps célestes une perfection équivalente à la noblesse de l'âme raisonnable. Donc elles sont inférieures en dignité au premier venu des hommes. Donc l'homme ne leur doit aucun culte.

3° La cause est plus noble que l'effet. Or, ce sont les hommes qui fabriquent ces images. Donc ils ne leur doivent pas de culte.

Si l'on nous répond que les images ont quelque vertu ou une certaine noblesse parce que des substances spirituelles leur sont unies, cette raison ne suffit pas; car nulle substance spirituelle, si ce n'est seulement la première, n'a droit à un culte de latrie.

4° Le mode d'union de l'âme raisonnable et du corps humain l'emporte sur le mode d'union de n'importe quelle substance spirituelle avec ces images. Donc l'homme leur est également supérieur en noblesse.

5° Puisque ces images servent quelquefois à exécuter des desseins nuisibles, il est clair que si des substances spirituelles leur donnent la puissance de produire de tels effets, ces substances sont mauvaises. Nous en avons une preuve plus manifeste encore en ce qu'elles font des réponses trompeuses et imposent à leurs adorateurs des actions contraires à la vertu; ce qui les place au-dessous des hommes vertueux. Donc on ne leur doit pas un culte de latrie.

Il ressort donc avec évidence de ces démonstrations que le culte de latrie n'est dû qu'au seul Dieu souverain. — Aussi l'Écriture nous dit : *Celui qui immole à d'autres dieux qu'au seul Seigneur sera mis à mort* (Exod., XXII, 20); *Vous craignez le Seigneur votre Dieu, et vous ne servi-*

2° Præterea, Manifestum est quod non consequuntur ex celestibus corporibus tam nobilem perfectionem sicut est anima rationalis. Sunt ergo infra gradum dignitatis cujuslibet hominis. Non igitur ab homine debetur eis aliquis cultus.

3° Adhuc, Causa potior est effectu. Harum autem imaginum factores sunt homines. Non igitur homo debet eis aliquem cultum.

Si autem dicatur quod hujusmodi imagines habent aliquam virtutem aut dignitatem ex hoc quod eis adhærent aliquæ spirituales substantiæ, hoc etiam non sufficit, quum nulli spirituali substantiæ debeatur latriæ cultus, nisi soli summo.

4° Præterea, Nobiliori modo anima rationalis adhæret corpori hominis quam aliqua spiritualis substantia adhæreat prædic-

tis imaginibus; adhuc igitur homo remanet in majori dignitate quam prædictæ imagines.

5° Adhuc, Quum hujusmodi imagines interdum ad aliquos noxios effectus fiant, manifestum est quod, si per aliquas spirituales substantias effectus sortiantur, illæ spirituales substantiæ sint vitiosæ; quod etiam manifestus probatur per hoc quod responsionibus decipiunt et aliqua contraria virtuti exigunt a suis cultoribus; et si sunt bonis hominibus inferiores. Non ergo eis debetur latriæ cultus.

Manifestum est ergo ex dictis quod latriæ cultus soli uni summo Deo debetur. — Hinc est quod dicitur : *Qui immolat diis occidetur, præter quam Domino soli* (Exod., XXII, 20); et : *Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies* (Deuter., VI, 13); et

rez que lui seul (Deuter., vi, 13). Elle parle ainsi des Gentils : *En se disant sages ils sont devenus insensés, et ils ont transféré l'honneur dû au Dieu incorruptible à la représentation de l'image d'un homme corruptible, d'oiseaux, de quadrupèdes et de reptiles* (Rom., i, 22 et 23); et ensuite : *Ils ont remplacé la vérité de Dieu par le mensonge; ils ont adoré et servi la créature, de préférence au Créateur, qui est béni dans tous les siècles. Ainsi soit-il* (Ibid., 25).

Comme il n'est pas permis d'offrir le culte de latrie à un autre qu'au premier principe des êtres; comme aussi une créature raisonnable mal disposée est seule capable d'exciter à faire des choses défendues, les hommes ont été certainement poussés à ces pratiques illégitimes par les suggestions des démons, qui, ambitionnant les honneurs divins, se sont offerts à la place de Dieu aux adorations des hommes. C'est pourquoi les Livres-Saints nous disent : *Tous les dieux des nations sont des démons* (Ps. xcvi, 5); et encore : *Ce que les nations immolent, elles l'immolent aux démons et non à Dieu* (I. Cor., x, 20).

Puis donc que le but principal de la loi divine est de porter l'homme à se soumettre à Dieu, et à lui témoigner un respect particulier, non-seulement de cœur, mais encore de bouche et par les œuvres extérieures, c'est pour cela que, dans l'Exode, où la loi divine nous est proposée, le culte de plusieurs dieux est tout d'abord prohibé par ces paroles : *Vous n'aurez pas de dieux étrangers en ma présence. Vous ne vous ferez pas de statues, ni aucune image* (Exod., xx, 3 et 4). — Il est ensuite interdit à l'homme de prononcer le nom de Dieu sans respect, c'est-à-dire à l'appui du mensonge; et cette défense est ainsi exprimée : *Vous ne prendrez pas le nom du Seigneur votre Dieu en vain* (Ibid., xx, 7).

dicitur de Gentilibus : *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt; et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentum* (Rom., i, 22 et 23); et infra : *Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt et servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in secula. Amen* (Ibid., 25).

Quia ergo indebitum est quod latriæ cultus alteri exhibeatur quam primo rerum principio, ad indebita autem incitare non est nisi rationalis creaturæ male dispositæ, manifestum est quod ad prædictas indebitas culturas instinctu dæmonum homines provocati fuerunt, qui se etiam loco Dei hominibus colendos exhibuerunt, divinum appetentes honorem. Hinc est quod

dicitur : *Omnes dii gentium dæmonia* (Psalm. xcvi, 5); et : *Quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, et non Deo* (I. Cor., x, 20).

Quia igitur est principalis legis divinæ intentio ut homo Deo subdatur et ei singularem reverentiam exhibeat, non solum corde, sed etiam ore et opere corporali, ideo primitus in Exodo, ubi lex divina proponitur, interdicitur cultus plurium deorum, ubi dicitur : *Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem* (Exod., xx, 3 et 4). — Secundo indicitur homini ne irreverenter divinum nomen ore pronuntiet, ad confirmationem scilicet alicujus falsi; et hoc est quod dicitur : *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum* (Ibid., xx, 7). — Tertio indicitur requies secundum aliquod tempus

— Il lui est ordonné, en troisième lieu, de se reposer pendant quelque temps du travail extérieur, afin que son esprit se livre à la contemplation des choses divines; c'est pourquoi il est dit : *Souvenez-vous de sanctifier le jour du Sabbat (Ibid., xx, 8).*

CHAPITRE CXXI.

La loi divine met l'homme dans une disposition conforme à la raison, relativement aux biens corporels et sensibles.

1° De même que les êtres corporels et sensibles servent à élever l'âme de l'homme vers Dieu, s'il en use comme il convient, pour témoigner à Dieu son respect, ainsi l'usage illégitime de ces choses détourne complètement l'esprit de Dieu, parce que l'on place la fin de la volonté dans des êtres inférieurs; ou bien il ralentit le mouvement de l'âme vers Dieu, quand nous nous affectionnons plus qu'il n'est nécessaire à ces êtres. Or, le but principal de la loi divine est de déterminer l'homme à s'attacher à Dieu. Donc il appartient à cette loi de régler l'affection de l'homme pour les biens corporels et sensibles, et l'usage qu'il en doit faire.

2° Comme l'âme de l'homme est subordonnée à Dieu, le corps est subordonné à l'âme, et les puissances inférieures à la raison. Or, il appartient à la divine Providence, dont la raison proposée par Dieu à l'homme constitue la loi divine, de maintenir chaque chose dans l'ordre fixé. Donc, la loi divine doit soumettre l'homme à un ordre tel que les puissances inférieures restent subordonnées à la raison, et le corps à

ab exterioribus exercitiis, ut mens divinis contemplationi vacet; et ideo dicitur : *Memento ut diem Sabbati sanctifices (Ibid., xx, 8).*

CAPUT CXXI.

Quod divina lex ordinat hominem secundum rationem, circa corporalia et sensibilia.

1° Sicut autem per corporalia et sensibilia mens hominis elevari potest in Deum, si quis eis in reverentiam Dei debito modo utatur, ita etiam eorum indebitus usus vel mentem a Deo totaliter abstrahit, dum in inferioribus rebus constituitur voluntatis finis, vel mentis intentionem a Deo retar-

dat, dum ultra quam necesse sit ad hujusmodi res afficimur. Est autem divina lex ad hoc principaliter data ut homo adhæreat Deo. Pertinet igitur ad legem divinam ordinare hominem circa corporalia et sensibilia affectionem et usum.

2° Adhuc, Sicut mens hominis ordinatur sub Deo, ita corpus sub anima ordinatur, et inferiores vires sub ratione. Pertinet autem ad divinam Providentiam, cujus quidem ratio, homini a Deo proposita, divina lex est, ut singula suum ordinem teneant. Est igitur sic homo ordinandus lege divina ut inferiores vires rationi subdantur, et corpus animæ, et exteriores res ad necessitatem homini deserviant.

3° Amplius, Quælibet lex recte propo-

l'âme, et que les êtres extérieurs servent à satisfaire les besoins de l'homme.

3° Toute loi régulièrement proposée excite à pratiquer la vertu. Or, la vertu consiste à régler suivant la raison tant les affections intérieures que l'usage des biens corporels. Donc la loi divine doit statuer sur ces points.

4° Tout législateur a le droit de prendre, en portant une loi, toutes les dispositions sans lesquelles elle ne saurait être observée. Or, puisque la loi est proposée à la raison, l'homme ne s'y conformerait pas si tout ce qui le touche n'était pas soumis à la raison. Donc il appartient à la loi divine de prescrire que tout ce qui concerne l'homme soit subordonné à la raison.

C'est pourquoi il est dit : *Que votre obéissance soit raisonnable* (Rom., XII, 1) ; et encore : *La volonté de Dieu est que vous deveniez saints* (I. Thess., IV, 3).

Cela renverse cette erreur, qu'il n'y a de péché que ce qui offense ou scandalise le prochain.

CHAPITRE CXXII.

Pourquoi, selon la loi divine, la fornication simple est un péché. Le mariage est naturel.

Nous voyons par là combien est futile le raisonnement de ceux qui prétendent que la fornication n'est pas un péché :

Ce raisonnement le voici : Prenons une femme non engagée envers

sita inducit ad virtutem. Virtus autem in hoc consistit quod tam interiores affectiones quam corporalium rerum usus ratione reguntur. Est igitur hoc lege divina statuendum.

4° Præterea, Ad unumquemque legislatorem pertinet lege statuere ea sine quibus lex observari non potest. Quum autem lex rationi proponatur, homo legem non sequeretur nisi alia omnia quæ pertinent ad hominem rationi subderentur. Pertinet igitur ad legem divinam præcipere ut omnia quæ sunt hominis rationi subdantur.

Hinc est quod dicitur : *Rationabile obsequium vestrum* (Rom., XII, 1) ; et : *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra* (I. Thess., IV, 3).

Per hoc autem excluditur quorundam error dicentium illa solum esse peccata quibus proximus aut offenditur aut scandalizatur.

CAPUT CXXII.

Qua ratione fornicatio simplex, secundum legem divinam, sit peccatum ; et quod matrimonium sit naturale.

Ex hoc autem apparet vanam esse rationem quorundam dicentium fornicationem simplicem non esse peccatum.

Dicunt enim : Sit aliqua mulier a viro soluta, quæ sub nullius potestate, vel patris, vel alicujus alterius exaistat ; si quis ad

un mari, et qui n'est sous la puissance ni de son père, ni d'aucun autre; celui qui s'en approche de son consentement ne lui fait aucun tort, parce que cela lui plaît, et qu'elle peut librement disposer de son corps; il ne fait pas non plus de tort à un autre, puisque nous supposons qu'elle n'est pas sous la puissance d'autrui; donc il ne paraît pas que cette action soit un péché.

Il ne suffit pas de répondre que la fornication est injurieuse à Dieu; car Dieu n'est offensé que quand nous agissons contrairement à notre bien (ch. 121). Or, rien ne prouve que la fornication soit contraire au bien de l'homme. Donc elle n'est en aucune façon injurieuse à Dieu. — Cette autre raison, qu'elle fait tort au prochain, en le scandalisant, ne semble pas plus forte. Il est vrai qu'il peut arriver que quelqu'un se scandalise d'une action qui n'est pas en elle-même un péché, et qui devient ainsi un péché par accident. Mais il ne s'agit pas ici de savoir si la fornication simple est accidentellement un péché, mais si elle est telle par elle-même.

Nous devons donc chercher une solution à cette difficulté dans les démonstrations précédentes. Nous avons dit que Dieu s'occupe de chacun des êtres en vue de ce qui fait son bien (ch. 16). Le bien de chaque être consiste à atteindre à sa fin, et son mal à s'éloigner de sa fin légitime. Ce principe ne s'applique pas seulement au tout, mais aussi à ses parties, en sorte que chaque partie de l'homme et chacun de ses actes doit atteindre à la fin voulue. Or, quoique le sperme soit inutile pour la conservation de l'individu, il est nécessaire pour la propagation de l'espèce; les autres substances superflues, telles que les excréments, l'urine, la sueur et les autres analogues, ne sont en rien néces-

eam accedat, ea volente, non facit illi injuriam, quia sibi placet, et sui corporis habet potestatem; et alteri non facit injuriam, quia sub nullius potestate esse ponitur; non videtur igitur esse peccatum.

Non autem videtur esse responsio sufficiens, si quis dicat quod facit injuriam Deo. Non enim Deus a nobis offenditur, nisi ex eo quod contra nostrum bonum agimus, ut dictum est [c. 121]. Hoc autem non apparet contra hominis bonum. Unde ex hoc non videtur Deo aliqua injuria fieri. — Similiter etiam non videtur sufficiens responsio quod per hoc fiat injuria proximo, qui scandalizatur. Contingit enim de aliquo quod secundum se non est peccatum aliquem scandalizari, et sic sit peccatum per accidens. Nunc autem non agimus an

fornicatio simplex sit peccatum per accidens, sed per se.

Oportet igitur ex superioribus solutionem inquirere. Dictum est enim (c. 16) quod Deus uniuscujusque curam habet secundum id quod est ei bonum. Est autem bonum uniuscujusque quod finem suum consequatur, malum autem ejus est quod a debito fine divertat. Sicut autem in toto, ita et in partibus considerari oportet, ut scilicet unaquaque pars hominis et quilibet actus ejus finem debitum sortiatur. Semen autem, etsi sit superfluum quantum ad individui conservationem, est tamen necessarium quantum ad propagationem speciei; alia vero superflua, ut egestio, urina, sudor et similia, ad nihil necessaria sunt; unde ad bonum hominis pertinet solum

saires; aussi, leur évacuation est un bien pour l'homme; quant au sperme, cela ne suffit pas; mais il faut que son émission soit favorable à la génération, qui est la fin de l'union charnelle. Or, l'homme serait engendré inutilement, s'il n'était pas ensuite nourri comme il convient, parce que, privé de la nourriture convenable, l'être que la génération a produit ne subsistera pas. Donc le sperme doit être émis de telle manière que la génération puisse s'ensuivre régulièrement, ainsi que l'éducation du sujet engendré.

Il est donc clair que toute émission de sperme faite de manière que la génération ne puisse s'ensuivre est opposée au bien de l'homme; et si cela a lieu avec intention, ce doit être un péché. Il s'agit ici d'un mode qui empêche essentiellement la génération d'avoir lieu, comme serait toute émission faite en dehors de l'union naturelle de l'homme et de la femme; ce qui fait appeler ces sortes d'actions péchés contre nature. Si la génération ne pouvait pas résulter de l'émission du sperme seulement par accident, par exemple, si la femme était stérile, elle ne serait pas un péché contre nature.

Lors même que la génération pourrait résulter de l'émission du sperme, si elle est faite de manière à rendre impossible l'éducation requise, elle doit être également contraire au bien de l'homme. En effet :

1° Il faut observer que quand les animaux sont d'une espèce telle que la femelle suffit seule à nourrir ses petits, le mâle ne demeure pas un seul instant avec elle après l'accouplement, comme on le remarque chez les chiens. Mais dans toutes les espèces où la femelle ne peut suffire seule à donner ces soins, le mâle et la femelle restent ensemble, après l'accouplement, autant qu'il est nécessaire pour nour-

quod emittantur; non solum autem hoc requiritur in semine, sed ut emittatur ad generationis utilitatem, ad quam coitus ordinatur. Frustra autem esset hominis generatio, nisi et debita nutritio sequeretur, quia generatum non remaneret, debita nutritio subtracta. Sic igitur ordinata debet esse seminis emissio ut sequi possit, et generatio conveniens, et geniti educatio.

Ex quo patet quod contra hominis bonum est omnis emissio seminis tali modo quod generatio sequi non possit; et, si ex proposito hoc agatur, oportet esse peccatum. Dico autem modum ex quo generatio sequi non potest secundum se, sicut omnis emissio seminis sine naturali conjunctione

maris et femine; propter quod hujusmodi peccata contra naturam dicuntur. Si autem per accidens generatio ex emissione seminis sequi non posset, hoc non est contra naturam, nec peccatum, sicut si contingat mulierem sterilem esse.

Similiter etiam oportet contra bonum hominis esse si semen taliter emittatur quod generatio sequi possit, sed educatio conveniens impediatur.

1° Est enim considerandum quod, in animalibus in quibus sola femina sufficit ad proles educationem, mas et femina post coitum nullo tempore commanent, sicut patet in canibus. Quæcumque vero animalia sunt in quibus femina non sufficit ad

rir et élever leur progéniture. Nous le voyons par certains oiseaux, dont les petits ne pourraient pas chercher eux-mêmes leur nourriture aussitôt qu'ils sont éclos; car puisque les oiseaux ne nourrissent pas leurs petits du lait, qui, chez les autres animaux, est de suite prêt et comme élaboré par la nature, mais que la femelle est dans la nécessité de leur chercher de la nourriture, et, en outre, de les aider à la prendre, ce ne serait pas assez d'elle pour tout cela. C'est pourquoi, pour ces sortes d'animaux, la Providence divine a donné au mâle l'instinct naturel de demeurer avec la femelle pour coopérer à l'éducation de leur progéniture. Il est donc évident que, s'il s'agit de l'espèce humaine, la femme ne saurait suffire seule à élever ses enfants, parce que beaucoup de choses sont nécessaires à l'homme pour vivre, et un seul serait incapable de les procurer toutes. Donc, à raison de la nature humaine, il convient qu'après l'union charnelle l'homme demeure avec la femme et ne s'en sépare pas aussitôt pour s'approcher indifféremment de toute autre, ainsi que le font les fornicateurs.

On ne détruit pas ce raisonnement en disant que certaines femmes trouvent dans leurs richesses le moyen de nourrir seules leurs enfants; car la rectitude naturelle des actes humains ne s'apprécie pas d'après les choses qui se rencontrent accidentellement dans un individu, mais d'après ce que demande l'espèce tout entière.

2° Il faut considérer encore que, dans l'espèce humaine, l'enfant n'a pas seulement besoin de la nourriture du corps, comme les autres animaux, mais aussi de l'instruction de l'âme; car les autres animaux ont une prévoyance naturelle [ou un instinct] qui les met en état de

educationem prolis, mas et femina simul post coitum commanent quousque necessarium est ad prolis educationem et instructionem; sicut patet in quibusdam avibus, quarum pulli non statim postquam nati sunt possunt cibum sibi querere; quum enim avis non nutrit lacte pullos (quod in promptu est, velut a natura preparatum, sicut in quadrupedibus accidit), sed oportet quod cibum alienum pullis querat, et præter hoc in cibando eos foveat, non sufficeret ad hoc sola femella; unde ex divina Providentia est naturaliter inditum mari, in talibus animalibus, ut commaneat femellæ ad educationem foetus. Manifestum est autem quod, in specie humana, femina minime sufficeret sola ad prolis educationem, quum necessitas humanæ vitæ multa requirat quæ per unum solum parari non

possunt. Est igitur conveniens, secundum naturam humanam, ut homo post coitum mulieri commaneat et non statim abscedat, indifferenter ad quancumque accedens, sicut apud fornicantes accidit.

Non autem huic rationi obstat quod aliqua mulier suis divitiis potens est ut sola nutrit foetum; quia rectitudo naturalis in humanis actibus non est secundum ea quæ per accidens contingunt in uno individuo, sed secundum ea quæ totam speciem consequuntur.

2° Rursus, Considerandum est quod, in specie humana, proles non indiget solum nutritione quantum ad corpus, ut in aliis animalibus, sed etiam instructione quantum ad animam; nam alia animalia habent naturaliter suas prudentias, quibus sibi providere possunt; homo autem ratione vivit,

pourvoir à leurs besoins ; mais l'homme vit par la raison, et une longue expérience lui est nécessaire pour acquérir la prudence ; aussi est-il nécessaire que les enfants reçoivent l'instruction de leurs parents, qui ont déjà l'expérience des choses. Les enfants ne sont pas capables de cette instruction aussitôt leur naissance, mais longtemps après, et principalement quand ils sont arrivés à l'âge de discrétion. Elle exige un temps considérable ; et le moment arrive où, à cause de la violence des passions, qui obscurcissent le jugement, les enfants n'ont plus seulement besoin d'instruction, mais encore de correction. La femme ne pourrait pas remplir seule ces devoirs, mais c'est surtout pour cela qu'il est besoin de la coopération de l'homme qui est doué d'une raison supérieure pour instruire, et d'une énergie plus grande pour corriger. Donc l'homme doit se consacrer à l'éducation de ses enfants, non pour un peu de temps, comme les oiseaux, mais pendant une grande partie de sa vie.

Par conséquent, puisque chez tous les animaux le mâle doit nécessairement demeurer avec la femelle autant que la progéniture en a besoin, il est naturel à l'homme que la société du mari et d'une femme déterminée ne soit pas transitoire, mais durable. Cette société, nous l'appelons le mariage. Donc, le mariage est naturel à l'homme ; et la fornication, qui a lieu en dehors du mariage, est opposée au bien de l'homme ; et, par là même, elle est un péché.

On ne doit pas considérer comme un péché léger l'émission volontaire du sperme qui n'est pas faite en vue de la fin légitime de la génération et de l'éducation, sous prétexte que c'est une faute légère ou

quem per longi temporis experimentum ad prudentiam pervenire oportet ; unde necesse est ut filii a parentibus quasi jam expertis instruuntur. Nec hujusmodi instructionis sunt capaces mox geniti, sed post longum tempus, et præcipue quum ad annos discretionis perveniunt. Ad hanc etiam instructionem longum tempus requiritur ; et tunc etiam, propter impetus passionum, quibus corrumpitur æstimatio prudentiæ, indigent, non solum instructione, sed etiam repressione. Ad hoc autem mulier sola non sufficit, sed magis in hoc requiritur opus maris, in quo est, et ratio perfectior ad instruendum, et virtus potentior ad castigandum. Oportet igitur, in specie humana, non per parvum tempus insistere promotioni prolis, sicut in avibus, sed per magnum spatium vitæ.

Unde, quum necessarium sit mærem feminæ commanere in omnibus animalibus quousque opus patris necessarium est proli, naturale est homini quod, non ad modicum tempus, sed diuturnam societatem habeat vir ad determinatam mulierem. Hanc autem societatem matrimonium vocamus. Est igitur matrimonium homini naturale ; et fornicarius coitus, qui est præter matrimonium, est contra hominis bonum ; et propter hoc oportet ipsum esse peccatum.

Nec tamen oportet reputari leve peccatum esse si quis seminis emissionem procuret præter debitum generationis et educationis finem, propter hoc quod aut leve aut nullum peccatum est si quis aliqua sui corporis parte utatur ad alium usum quam ad eum ad quem est ordinata secundum naturam, ut si quis, verbi gratia, manibus

nulle de faire servir une partie de son corps à un autre usage que celui auquel elle est naturellement destinée : par exemple, de marcher sur les mains, ou d'exécuter avec les pieds quelque chose qui devrait se faire par les mains ; car cet usage désordonné ne nuit pas notablement au bien de l'homme ; mais l'émission déréglée du sperme est opposée au bien de la nature, c'est-à-dire à la conservation de l'espèce ; c'est pourquoi, après le péché de l'homicide, qui détruit la nature humaine déjà en acte, celui-ci qui empêche la génération de la nature humaine, nous paraît tenir la seconde place.

Cette doctrine s'appuie sur l'autorité des Livres-Saints. Nous voyons, en effet, que l'émission du sperme qui ne peut être suivie de la génération est illicite, d'après ces paroles : *Vous n'aurez pas avec un homme le même commerce charnel qu'avec la femme, parce que c'est une abomination. Vous ne vous approcherez d'aucune bête* (Lévit., XVIII, 22 et 23) ; *Ni ceux qui s'adonnent à la mollesse, ni ceux qui ont un commerce impur avec les hommes... ne posséderont le royaume de Dieu* (I. Cor., VI, 10). — Les passages suivants prouvent encore que la fornication et toute union charnelle de l'homme avec une autre femme que la sienne ne sont pas permises : *Il n'y aura point de prostituée entre les filles d'Israël, ni de fornicateur parmi les fils d'Israël* (Deuter., XXXIII, 17) ; *Gardez-vous de toute fornication, et en dehors de votre femme ne faites jamais connaissance avec le crime* (Tob., IV, 13) ; *Évitez la fornication* (I. Cor., IV, 18).

Nous détruisons par là cette erreur, que l'émission du sperme n'est pas plus criminelle que l'émission des autres substances superflues, et cette autre, que la fornication n'est pas un péché.

ambulet, aut pedibus operetur aliquid manibus operandum ; quia per hujusmodi inordinatos usus bonum hominis non multum impeditur ; inordinata vero seminis emissio repugnat bono naturæ, quod est conservatio speciei ; unde, post peccatum homicidii, quo natura humana jam in actu existens destruitur, hujusmodi genus peccati videtur secundum locum tenere, quo impeditur generatio humanæ naturæ.

Hæc autem quæ præmissa sunt divina auctoritate firmantur. Quod enim emissio seminis ex qua proles sequi non potest sit illicita patet ; dicitur enim : *Cum masculo non commiscearis coitu femineo, quia abominatio est. Cum omni pecore non coibis* (Le-

vit., XVIII, 22 et 23) ; et : *Neque molles, neque masculorum concubitores... regnum Dei possidebunt* (I. Cor., VI, 10). — Quod etiam fornicatio et omnis coitus præter propriam uxorem sit illicitus patet ; dicitur enim : *Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel* (Deuter., XXXIII, 17) ; et : *Attende tibi ab omni fornicatione, et præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire* (Tob., IV, 13) ; et : *Fugitis fornicationem* (I. Cor., IV, 18).

Per hoc autem excluditur error dicentium in emissione seminis non esse majus peccatum quam in aliarum superfuitatum emissionem, et dicentium fornicationem non esse peccatum.

CHAPITRE CXXIII.

Le mariage doit être indissoluble.

En faisant bien attention, on verra que la raison que nous venons de donner ne conduit pas seulement à cette conséquence, que la société du mari et de la femme, appelée le mariage, doit se prolonger, mais encore qu'elle doit durer pendant toute la vie. En effet :

1° Les possessions ont pour fin la conservation de la vie naturelle; et comme la vie naturelle, qui ne peut se perpétuer dans le père, se conserve par une sorte de succession, et à raison de la ressemblance spécifique, dans le fils, c'est une convenance naturelle que le fils succède au père dans la possession de ses biens. Donc il est naturel que la sollicitude du père pour son fils persévère jusqu'à la fin de sa vie. Si donc cette sollicitude du père pour son fils est cause que, même parmi les oiseaux, le mâle et la femelle demeurent ensemble, l'ordre de la nature demande que, dans l'espèce humaine, la société du père et de la mère se continue jusqu'à la fin de la vie.

2° Il semble que la justice serait blessée, si cette société venait à se dissoudre. La femme, en effet, n'a pas seulement besoin de l'homme pour engendrer, comme les autres animaux, mais aussi pour gouverner la famille; car la raison de l'homme est plus élevée et sa force plus grande. La femme est associée au mari, parce que la génération l'exige; et, par conséquent, lorsque sa fécondité cesse et que sa beauté disparaît, cela empêche qu'un autre la reçoive. Si donc celui qui prend une femme au temps de sa jeunesse, quand elle est belle et féconde, pou-

CAPUT CXXIII.

Quod matrimonium debet esse indivisibile.

Si quis autem recte consideret, prædicta ratio non solum ad hoc perducere videtur, ut societas maris et femine, quam matrimonium appellamus, sit diuturna, sed etiam quod sit per totam vitam.

1° Possessiones enim ad conservationem naturalis vitæ ordinantur; et, quia naturalis vita, quæ conservari non potest in patre perpetuo, quasi quadam successione secundum speciei similitudinem conservatur in filio, secundum naturam est conveniens ut in his quæ sunt patris succedat et filius. Naturale est igitur ut sollicitudo

patris ad filium maneat usque ad finem vitæ suæ. Si igitur sollicitudo patris de filio causat, etiam in avibus, commanentiam maris et femine, ordo naturalis requirit quod usque ad finem vitæ, in humana specie, pater et mater simul commaneant.

2° Videtur etiam æquitati repugnare si prædicta societas dissolvatur. Fomina enim indiget mare, non solum propter generationem, sicut in aliis animalibus, sed etiam propter gubernationem, quia mas est et ratione perfectior et virtute fortior. Mulier vero ad viri societatem assumitur propter necessitatem generationis; cessante igitur fecunditate mulieris et decore, impeditur ne ab alio assumatur. Si quis igitur, mulierem assumens tempore juventutis, quo et

vait la renvoyer lorsqu'elle est avancée en âge, il lui ferait tort et blesserait la justice naturelle.

3° Ce serait un inconvénient manifeste que la femme eût le pouvoir de renvoyer son mari, puisqu'elle lui est naturellement soumise, comme au chef chargé de gouverner. Or, personne n'a le pouvoir de se soustraire au gouvernement de son supérieur. Donc il serait contraire à l'ordre naturel que la femme pût abandonner son mari. Donc, si le mari pouvait abandonner la femme, il n'y aurait pas égalité dans leur société, mais elle serait une sorte de servitude pour la femme.

4° Les hommes cherchent naturellement à s'assurer de la légitimité de leurs enfants; et cela est nécessaire, parce que le fils a longtemps besoin que son père le dirige. Donc tout ce qui empêche cette certitude est opposé à l'instinct naturel de l'espèce humaine. Or, si le mari était libre de renvoyer sa femme, ou la femme de quitter son mari pour s'unir à un autre, la légitimité des enfants ne saurait être constatée, puisque la femme que son premier mari aurait connue le serait ensuite par un autre. Donc l'instinct naturel de l'espèce humaine s'oppose à ce que la femme soit séparée du mari. Donc, dans l'espèce humaine, l'union du mari et de la femme doit être, non-seulement durable, mais encore indissoluble.

5° Plus l'amitié est vive, plus elle doit s'affermir et durer. Or, l'amitié la plus vive paraît exister entre le mari et la femme; car ils ne sont pas seulement unis dans l'acte charnel, qui fait naître, même entre les brutes, une sorte de tendre amitié, mais ils sont encore associés pour tout ce qui concerne la vie domestique; et c'est pour le témoigner que,

decor et fecunditas ei adsunt, eam dimittere posset postquam ætate provecta fuerit, damnum inferret mulieri contra naturalem æquitatem.

3° Item, Manifeste apparet inconveniens si mulier virum dimittere posset, quum mulier naturaliter viro subjecta sit tanquam gubernatori. Non est autem in potestate ejus qui alteri subjicitur ut ab ejus regimine discedat. Contra naturalem igitur ordinem esset si mulier virum deserere posset. Si ergo vir deserere posset mulierem, non esset, æqua societas viri ad mulierem, sed servitus quædam ex parte mulieris.

4° Præterea, Naturalis quædam sollicitudo inest hominibus de certitudine prolis; quod propter hoc necessarium est, quia filius diuturna patris gubernatione indiget. Quæ-

cumque igitur certitudinem prolis impediunt sunt contra naturalem instinctum humanæ speciei. Si autem vir posset mulierem dimittere, vel mulier virum, et alteri copulari, impediretur certitudo prolis, dum mulier a primo cognita postmodum a secundo cognosceretur. Est igitur contra naturalem instinctum speciei humanæ quod mulier a viro separetur. Sic igitur, non solum diuturnam, sed individuum oportet esse, in humana specie, maris et femine conjunctionem.

5° Amplius, Amicitia, quanto major est, tanto debet esse firmitior et diuturnior. Inter virum autem et uxorem maxima amicitia esse videtur; adunantur enim, non solum in actu carnalis copulæ, quæ etiam inter bestias quamdam suavem amicitiam facit.

selon ce qui est dit dans la Genèse, l'homme quitte son père et sa mère (1). Donc il ne convient pas que le mariage puisse absolument se dissoudre.

6° Il faut observer de plus que, de tous les actes naturels, la génération seule intéresse le bien commun; car l'alimentation et l'émission des substances superflues regardent l'individu, mais la génération tend à conserver l'espèce. Puis donc que la loi est faite en vue du bien commun, il faut que tout ce qui a rapport à la génération soit réglé par les lois divines et humaines. Or, si les lois ont été portées par les hommes, elles ont dû procéder de l'instinct naturel, comme, dans les sciences démonstratives, toute découverte humaine tire son origine des principes naturellement connus; si ces lois sont divines, elles ne se bornent pas à développer l'instinct de la nature, mais elles suppléent encore à ce qu'il a de défectueux, de même que les vérités divinement révélées excèdent la capacité de la raison naturelle. Donc puisque l'instinct de la nature demande que, dans l'espèce humaine, l'union du mari et de la femme soit indissoluble, et qu'elle existe entre une seule et un seul, la loi humaine a dû régler ces points. Or, la loi divine ajoute à cela une raison surnaturelle, en faisant du mariage un symbole de l'union indissoluble du Christ et de l'Eglise, qui est entre une seule et un seul. Donc tout ce qui est désordonné dans l'acte de la génération ne répugne pas seulement à l'instinct naturel, mais viole encore les lois divines et humaines; et, par conséquent, le désordre est un plus grand péché dans cette matière que dans l'acte de manger et les autres analogues. Dès lors que tout ce qui se rattache à l'homme est subor-

(1) *Quam ob rem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit uxori suae: et erunt duo in carne una (Gen., II, 24).*

sed ad totius domesticæ conversationis consortium; unde, in signum hujus, homo propter uxorem et patrem et matrem dimittit, ut dicitur in Genesi (II, 24). Inconveniens est igitur quod matrimonium sit omnino dissolubile.

6° Ulterius autem considerandum est quod, inter naturales actus, sola generatio ad bonum commune ordinatur; nam coeactio et aliarum superfluitatum emissio ad individuum pertinent, generatio vero ad conservationem speciei. Unde, quum lex institatur ad bonum commune, ea quæ pertinent ad generationem proliis oportet legibus ordinari, et divinis et humanis. Leges autem positæ oportet quod ex naturali

instinctu procedant, si humanæ sunt, sicut et in scientiis demonstrativis omnis humana inventio ex principiis naturaliter cognitis initium sumit; si autem divinæ sunt, non solum instinctum naturæ explicant, sed etiam defectus naturalis instinctus suppleant, sicut ea quæ divinitus revelantur superant naturalis rationis capacitatem. Quum igitur instinctus naturalis sit in specie humana ad hoc quod conjunctio maris et feminae sit individua, et quod sit una unius, oportuit hoc lege humana ordinatum esse. Lex autem divina supernaturalem quandam rationem apponit ex significatione inseparabilis conjunctionis Christi et Ecclesiae, quæ est una unius. Sic igitur iner-

donné à ce qu'il y a en lui de meilleur, les lois n'ont pas réglé l'union du mari et de la femme uniquement parce qu'elle aboutit à la génération, comme chez les autres animaux, mais aussi parce qu'elle intéresse les bonnes mœurs, que la droite raison ordonne, soit pour l'homme en lui-même, soit pour l'homme faisant partie de la famille domestique ou de la société civile. Il est dans les bonnes mœurs que l'union du mari et de la femme soit indissoluble; car ils s'aimeront réciproquement avec plus de constance, sachant qu'ils sont indissolublement unis; ils apporteront chacun de son côté plus de soin aux affaires domestiques, en voyant que la communauté des biens doit se perpétuer entre eux; cette condition prévient, dans leur origine, les discordes qui naissent inévitablement entre le mari et les parents de son épouse, s'il veut la renvoyer, et elle affermit l'affection mutuelle des alliés; ainsi disparaissent également les occasions d'adultère, qui se présenteraient, si le mari pouvait abandonner sa femme, ou la femme son mari; car avec ce droit il serait plus aisé de solliciter d'autres unions.

Voilà pourquoi il est dit : *Je vous déclare que quiconque renvoie sa femme, si ce n'est pour cause de fornication, et en épouse une autre, est adultère; et celui qui épouse la femme renvoyée est adultère (Math., XIX, 9). Quant à ceux qui sont unis par le mariage, ce n'est pas moi, mais le Seigneur qui leur commande que la femme ne se sépare pas de son mari (I. Cor., VII, 10).*

Ainsi se trouve condamnée la coutume de renvoyer les épouses. Cependant, sous la loi ancienne, cette permission fut donnée aux Juifs

dinationes circa actum generationis non solum instinctui naturali repugnant, sed etiam leges divinas et humanas transgrediuntur; unde ex hoc etiam magis circa hoc peccatur ex inordinatione quam circa sumptionem cibi aut alterius hujusmodi. Quia vero necesse est ad id quod est optimum in homine alia omnia ordinari, conjunctio maris et feminae non solum sic est ordinata legibus secundum quod ad prolem generandam pertinet, ut est in aliis animalibus, sed etiam secundum quod convenit ad bonos mores, quos ratio recta disponit, vel quantum ad hominem secundum se, vel secundum quod homo est pars domesticæ familiae aut civilis societatis. Ad quosquidem bonos mores pertinet individuus conjunctio maris et feminae; sic enim fidelior amor unius ad alterum erit, dum cognos-

cunt se indivisibiliter conjunctos; erit etiam utriusque sollicitior cura in rebus domesticis, dum se perpetuo commansuros in eorumdem rerum possessione aestimant; subtrahantur etiam ex hoc discordiarum origines, quas oporteret accidere, si vir uxorem dimitteret, inter eum et propinquos uxoris, et firmior inter affines dilectio; tolluntur etiam adulteriorum occasiones, quæ darentur, si vir uxorem dimittere posset, aut e converso; per hoc enim daretur via facilior sollicitandi matrimonia aliena.

Hinc est quod dicitur : *Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, machatur; et qui dimissam duxerit, machatur (Math., XIX, 9); et : *His autem qui matrimonio juncti sunt, præceptio, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere (I. Cor., VII, 10).**

à cause de leur dureté; car ils en seraient venus facilement à donner la mort à leurs femmes. On leur permet donc un moindre mal pour en éviter un autre plus grand.

CHAPITRE CXXIV.

Le mariage doit être limité entre un seul homme et une seule femme.

Il semble utile de remarquer que c'est une disposition innée chez tous les animaux qui pratiquent l'union des sexes, de ne pas souffrir que leur compagne leur soit commune avec d'autres; c'est pourquoi ils se combattent à l'occasion de l'accouplement. Cette manière d'agir est celle de tous les animaux, parce que chacun désire jouir librement de la délectation que lui cause cet acte, aussi bien que de celle qu'il trouve dans les aliments; et cette liberté est impossible, si plusieurs mâles s'approchent de la même femelle, et réciproquement, de même qu'un animal ne peut jouir en liberté de la nourriture qu'il désire prendre, si un autre vient s'en emparer; aussi les animaux engagent des luttes, et pour la nourriture, et pour l'accouplement. Il y a pour l'homme une raison spéciale; car, comme nous l'avons dit, il désire être certain que ses enfants sont légitimes (ch. 123); et cette certitude disparaîtrait complètement s'il y avait unité d'un côté et pluralité de l'autre. C'est donc l'instinct naturel qui demande qu'une seule soit à un seul.

Il faut cependant signaler ici une différence. Les deux raisons que nous venons de donner s'opposent à ce que plusieurs hommes connais-

Per hoc autem excluditur consuetudo dimittentium uxores. Quod tamen in veteri lege permissum fuit Judæis propter eorum duritiam, quia scilicet proni erant ad occisionem uxorum. Permissum ergo fuit minus malum ad excludendum majus malum.

CAPUT CXXIV.

Quod matrimonium debeat esse unius ad unam.

1^o Considerandum autem videtur quod innatum est mentibus omnium animalium quæ coita utuntur quod consortium in compari non compatiuntur; unde propter coitum pugne in animalibus existunt. Et quidem quantum ad omnia animalia est una

communis ratio, quia quodlibet animal desiderat libere frui voluptate coitus, sicut et voluptate cibi; quæquidem libertas impeditur per hoc quod ad unam plures accedant, ante converso; sicut in libertate cibo fruendi impeditur aliquod animal, si cibum quem ipsum sumere cupit aliud animal usurpet; et ideo similiter propter cibum et propter coitum animalia pugnant. In hominibus autem est ratio specialis, quia, ut dictum est (c. 123), homo naturaliter desiderat certus esse de prole; quæquidem certitudo omnino tolleretur, si plures essent unius. Ex naturali igitur instinctu procedit quod sit una unius.

Sed in hoc differentia consideranda est. Quantum enim ad hoc quod una femina a pluribus maribus non cognoscatur, utraque

sent la même femme ; mais la seconde n'empêche pas que le même homme connaisse plusieurs femmes ; car, dans ce dernier cas, on peut constater la légitimité des enfants ; cependant, la première raison conserve sa force, parce que, de même que le mari ne pourrait pas jouir librement de sa femme, si elle avait un autre mari, la femme serait également privée de cette liberté, si son mari avait plusieurs femmes. C'est pourquoi, comme l'avantage principal que l'on veut tirer du mariage est la certitude que les enfants sont légitimes, aucune loi ni coutume humaine n'a permis qu'il y eût une seule épouse pour plusieurs maris. Cela parut inconvenant, même aux anciens Romains, qui, au rapport de Valère Maxime, croyaient que la foi conjugale ne doit pas se dissoudre, même pour cause de stérilité (1).

2° Dans toutes les espèces d'animaux où le mâle conserve quelque sollicitude pour sa progéniture, chaque mâle n'a qu'une femelle, ainsi qu'on l'observe chez tous les oiseaux qui nourrissent conjointement leurs petits ; car un seul mâle ne suffirait pas pour aider plusieurs femelles à prendre soin de leur éducation. Quant aux animaux dont les mâles n'ont aucunement cette sollicitude, comme les chiens, les gallinacés et autres, le mâle a plusieurs femelles et la femelle plusieurs mâles indifféremment. Comme dans l'espèce humaine le mari s'occupe de ses enfants plus que ne le font les mâles de toutes les autres espèces, il est évidemment conforme à la nature

(1) *Respudium inter uxorem et virum a condita Urbe usque ad vicesimum et quingentesimum annum nullum intercessit ; primus autem Sp. Carvilius uxorem sterilitatis causa dimisit, qui quamquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non caruit, quia nec cupiditatem quidem liberarum conjugali fidei praeponi debuisse arbitrabantur* (Valerius Maximus, *Factorum dictorumque memorabilium*, l. II ; *De matrimoniorum ritu*, c. 1).

prædictarum rationum concurrat ; sed quantum ad hoc quod unus mas plures feminas non cognoscat, non facit ratio secunda ; non enim certitudo prolis impeditur, si unus mas plures feminas cognoscat ; facit autem contra hoc ratio prima ; nam, sicut libertas utendi femina tollitur a mare, si femina habeat alium, ita et eadem libertas a femina tollitur, si mas habeat plures. Et ideo, quia certitudo prolis est principale bonum quod ex matrimonio quaeritur, nulla lex aut consuetudo humana permisit quod una esset plurium uxor. Fuit etiam hoc inconveniens reputatum apud antiquos Romanos, de quibus refert Valerius Maximus (*De memor. dictis*, l. II, c. 1) quod crede-

bant nec propter sterilitatem fidem conjugalem debere dissolvi.

2° Item, In omni animalis specie in quo patri inest aliqua sollicitudo de prole, unus mas non habet nisi unam feminam, sicut patet in omnibus avibus quæ simul nutriunt pullos ; non enim sufficeret unus mas auxilium præstare in educatione prolis pluribus feminis. In animalibus autem in quibus maribus nulla est sollicitudo de prole, indifferenter mas habet plures feminas et femina habet plures mares, sicut in canibus, gallinis et hujusmodi. Quum autem masculo, inter omnia animalia, sit magis cura de prole in specie humana, manifestum est quod naturale est homini quod

de l'homme qu'un mari n'ait qu'une seule femme, et réciproquement.

3° L'amitié consiste dans une sorte d'égalité; si donc il n'était pas permis à la femme d'avoir plusieurs maris, par la raison que la légitimité des enfants serait incertaine, tandis que le mari pourrait avoir plusieurs épouses, l'amitié de la femme pour son mari ne serait pas libre, mais pour ainsi dire servile; et l'expérience le prouve; car dans les contrées où les hommes ont plusieurs épouses, elles sont considérées comme des servantes.

4° Le Philosophe observe qu'une amitié vive ne s'étend pas à beaucoup de personnes (2). Si donc l'épouse n'a qu'un seul mari, tandis que le mari a plusieurs épouses, l'amitié ne sera pas égale des deux côtés. Donc l'amitié ne sera pas libre, mais en quelque sorte servile.

5° Nous avons dit que le mariage doit être réglé parmi les hommes selon qu'il intéresse les bonnes mœurs (ch. 123). Or, il est contraire aux bonnes mœurs qu'un homme ait plusieurs femmes, parce que l'expérience démontre que c'est une source de discorde pour la famille domestique. Donc il ne convient pas qu'un seul homme ait plusieurs femmes.

Aussi est-il dit : *Ils seront deux dans une même chair* (Gen., II, 24).

Cela est contraire à la coutume d'avoir plusieurs épouses, et à l'opinion de Platon, qui enseigne que les femmes doivent être com-

(2) *Perfecta cum multis amicitia nemini intercedere potest; sicut fieri non potest ut quis multarum amore uno tempore captus sit; nam perfecta amare nimis simile est; hec autem ut cum uno duntaxat suscipiatur patitur natura. Tum vero multos uno tempore uni vehementer placere, hand facile est; fortasse vere neque bonos esse* (Arist., *Ethic.* VIII, c. 7).

unus mas unam feminam habeat, et e converso.

3° Adhuc, Amicitia in quadam equalitate consistit. Si igitur mulieri non licet habere plures viros, quia hoc est contra certitudinem prolis, liceret autem viro habere plures uxores, non esset liberalis amicitia uxoris ad virum, sed quasi servilis. Et hæc etiam ratio experimento comprobatur, quia, apud viros habentes plures uxores, uxores quasi ancillas habentur.

4° Præterea, Amicitia intensa non habetur ad multos, ut patet per Philosophum (*Ethicor.*, VIII, c. 7). Si igitur uxor habet unum virum tantum, vir autem plures uxores; non erit equalis amicitia ex utraque parte. Non igitur erit amicitia liberalis, sed quaedammodo servilis.

5° Amplius, Sicut dictum est (c. 123), matrimonium in hominibus oportet ordinari secundum quod competit ad bonos mores. Est autem contra bonos mores quod unus habeat plures uxores, quia ex hoc consequitur discordia in domestica familia, ut experimento patet. Non est igitur conveniens quod unus homo habeat plures uxores.

Hinc est quod dicitur : *Erunt duo in carne una* (Gen., II, 24).

Per hoc autem excluditur consuetudo habentium plures uxores, et opinio Platonis, qui posuit uxores debere esse communes; quem in nova lege secutus est Nicolaus, unus ex septem diaconibus.

munes (3). Dans la loi nouvelle, il fut imité par Nicolas, l'un des sept diacres (4).

CHAPITRE CXXV.

Le mariage ne doit pas avoir lieu entre les proches parents.

Les lois ont exclu du mariage certaines personnes qui sont unies par la communauté d'origine, pour des causes également raisonnables. En effet :

1° Puisque le mariage unit des personnes distinctes, celles-là en sont convenablement exclues, qui doivent se considérer comme une même chose, parce qu'elles ont la même origine, afin que, se reconnaissant ainsi unies, elles se portent une affection plus vive [à cause de la parenté].

2° Comme l'acte auquel se livrent le mari et la femme inspire naturellement une sorte de honte, il fallait interdire ces rapports mutuels entre les personnes qui doivent se respecter à cause des liens du sang. Cette raison semble indiquée dans l'ancienne loi, par ces paroles : *Vous ne découvrirez pas la honte de votre sœur* (Lévit., xviii, 9), et ainsi des autres degrés.

3° Les bonnes mœurs sont corrompues quand les hommes s'adon-

(3) Priores cæteras, ut puto, hæc quoque lex sequitur.—Quænam?—Mulieres scilicet has horum virorum omnes omnium esse communes, nullamque privatim habitare cum aliquo, ac rursus communes liberos, neque patrem filium suum nosse, neque filium agnoscere patrem. Multo certe difficilius istud creditur quod vel possibile, vel utile sit. Haud quidem arbitrator dubium id cuiquam fore, quin utile sit maximumque bonum mulieres esse communes, communes et filias, si modo fieri possit (Plato, *De Republ.*, l. v).

(4) Nicolaïtes a Nicolao nominati sunt, uno, ut perhibetur, ex illis septem quos Apostoli diaconos ordinauerunt (*Act.*, vi, 5). Iste, quum de zelo pulcherrimæ conjugis culparetur, velut purgandi se causa, permisisse fertur ut ea qui vellet uteretur. Quod ejus factum in sectam turpissimam versum est, qua placet usus indifferens feminarum (*S. Aug., De heresib.*, c. 5).

CAPUT CXXV.

Quod matrimonium non debet fieri inter propinquos.

Propter hujusmodi etiam causas rationabiles, ordinatum est legibus quod certæ personæ a matrimonio excluduntur, quæ secundum originem sunt conjunctæ.

1° Nam, Quum in matrimonio sit diversarum personarum conjunctio, illæ personæ quæ debent se reputare quasi unum propter eandem originem convenienter a ma-

trimonio excluduntur, ut, dum se per hoc unum esse recognoscunt, ferventius se diligant.

2° Item, Quum ea quæ inter virum et uxorem aguntur quamdam naturalem verecundiam habeant, ab his mutue agendis illas personas prohiberi oportuit quibus propter conjunctionem sanguinis reverentia debetur. Quæquidem ratio videtur in veteri lege inducta, propter hoc quod dicitur : *Turpitudinem sororis tuæ... non revelabis* (*Levit.*, xviii, 9); et similiter de aliis.

3° Præterea, Ad corruptionem bonorum

nent avec excès aux plaisirs de la chair, parce que ces jouissances absorbant l'esprit au plus haut degré, la raison ne peut plus présider aux actions qui devraient se faire selon la règle. Or, l'homme en viendrait à abuser de ces plaisirs, s'il lui était permis de s'unir charnellement aux personnes avec lesquelles il est forcé de demeurer, comme ses sœurs et ses autres parentes; car il serait impossible de lui en dérober l'occasion. Donc les bonnes mœurs demandent que les lois interdisent cette union.

4° La délectation charnelle est celle qui affaiblit davantage le jugement. Donc il est contraire aux bonnes mœurs de la multiplier. Or, une telle délectation devient plus vive en raison de l'amour des personnes qui s'unissent. Donc les bonnes mœurs repoussent l'union entre les proches; car, pour ces personnes, l'amour qui naît de l'origine commune et d'un même genre de vie s'ajoute à l'amour de concupiscence, et l'amour croissant ainsi, l'âme est nécessairement plus subjuguée par ces délectations.

5° Il est absolument nécessaire que, dans la société humaine, un grand nombre de personnes soient liées d'amitié. Or, l'amitié se multiplie parmi les hommes quand des personnes étrangères s'unissent par le mariage. Donc il convenait que les lois prescrivissent que le mariage fût contracté entre étrangers, et non entre parents.

6° Il répugne que quelqu'un s'unisse dans une société commune avec ceux auxquels il doit être soumis. Or, il est naturel que chacun soit soumis à ses parents. Donc le mariage contracté entre parents répugne, puisque l'union qu'il établit est une sorte de société.

morum pertinet quod homines sint nimis dediti voluptatibus coitus, quia, quum hæc voluptas maxime mentem absorbeat, impediretur ratio ab his quæ recte agenda essent. Sequeretur autem nimis voluptatis usus, si liceret homini per coitum conjugii illis personis quibus commorandi habet necessitatem, sicut sororibus et aliis propinquis; quia talibus occasio coitus subtrahi non posset. Conveniens igitur fuit bonis moribus ut talis conjunctio legibus inhiberetur.

4° Adhuc, Delectatio coitus maxime corrumpit æstimationem prudentiæ. Multiplicatio igitur talis delectationis repugnat bonis moribus. Talis autem delectatio augetur per amorem personarum quæ conjunguntur. Esset igitur contrarium bonis moribus propinquis conjugii, quia in eis

conjungeretur amor qui est ex communione originis et nutritione amoris concupiscentiæ; et, multiplicato amore, necesse est magis animam delectationibus subdi.

5° Amplius, In societate humana hoc est maxime necessarium ut sit amicitia inter multos. Multiplicatur autem amicitia inter homines, dum personæ extraneæ per matrimonia colligantur. Conveniens fuit igitur legibus ordinari quod matrimonia contraherentur cum extraneis personis, et non cum propinquis.

6° Adhuc, Inconveniens est ut illis personis aliquis socialiter conjungatur quibus naturaliter debet esse subjectus. Naturale autem est quod aliquis parentibus sit subjectus. Ergo inconveniens esset quod cum parentibus aliquis matrimonium contra-

De là cette défense : *Aucun homme ne s'approchera de celle qui est sa parente par le sang* (Lévit., XVIII, 6).

Ainsi se trouve condamnée la coutume de ceux qui s'unissent charnellement à leurs proches.

Nous devons cependant observer que, de même que l'inclination naturelle a pour objet les choses qui se produisent le plus souvent, ainsi la loi a été rendue en vue de ce qui a lieu ordinairement. Les exceptions particulières qui peuvent se rencontrer ne détruisent point les raisons apportées plus haut ; car on ne doit pas négliger le bien de la multitude pour le bien d'un seul, parce que le bien du grand nombre est toujours supérieur au bien de l'individu. Afin que le défaut qui peut affecter tel ou tel ne soit pas dépourvu de remède, les législateurs et ceux qui tiennent leur place ont le pouvoir de dispenser des prescriptions générales selon que l'exigent les cas particuliers. Si la loi est humaine, tous les hommes qui ont la même autorité peuvent accorder la dispense. Si la loi vient de Dieu, on peut en dispenser en vertu de l'autorité divine ; c'est ce que fit la loi ancienne, qui permit par dispense la pluralité des femmes, les concubines et la répudiation des épouses.

CHAPITRE CXXVI.

Toute union charnelle n'est pas un péché.

1° Si l'on contredit la raison en usant de l'union charnelle autre-

heret, quum in matrimonio sit quedam conjunctio socialis.

Hinc est quod dicitur : *Omnis homo ad proximum sanguinis sui non accedet* (Levit., XVIII, 6).

Per hoc autem excluditur consuetudo eorum qui propinquis suis se carnaliter commiscant.

Sciendum est autem quod, sicut naturalis inclinatio est ad ea que sunt ut in pluribus, ita et lex posita est secundum id quod in pluribus accidit. Non est autem prædictis rationibus contrarium si in aliquo aliter possit accidere; non enim propter bonum unius debet prætermitti bonum multorum, quum bonum multitudinis semper sit divinius quam bonum unius. No tamen defectus qui in aliquo posset accidere omnino absque medela remaneat, residet apud legialatores

et eis similes auctoritas dispensandi in eo quod communiter est statutum, secundum quod est necessarium in aliquo casu particulari. Et, si quidem lex sit humana, per homines similem potestatem habentes dispensari potest. Si autem lex sit divinitus posita, auctoritate divina dispensatio fieri potest; sicut, in veteri lege, ex dispensatione indultam videtur uxores plures habere et concubinas, et uxoris repudium.

CAPUT CXXVI.

Quod non omnis carnalis commissio sit peccatum.

1° Sicut autem contra rationem est ut aliquis carnali conjunctione utatur contra

ment que l'exigent la génération et l'éducation des enfants, on agit conformément à la raison en faisant cette action de la manière qui convient à la génération et à l'éducation des enfants. Or, la loi divine n'a défendu que les choses opposées à la raison (ch. 122-125). Donc il ne convient pas de dire que toute union charnelle est un péché.

2° Puisque les membres du corps sont comme les instruments de l'âme, l'usage de chaque membre est sa fin, de même que pour tout autre instrument. Or, l'usage de quelques membres du corps consiste dans l'union charnelle. Donc l'union charnelle est la fin de quelques membres du corps. Or, ce qui constitue la fin de certaines choses naturelles ne peut être mauvais en soi, parce que la Providence divine a coordonné, en vue d'une fin, tout ce qui existe naturellement (ch. 97). Il répugne donc que l'union charnelle soit mauvaise en elle-même.

3° Les inclinations naturelles qui sont dans les êtres viennent du moteur universel, qui est Dieu. Donc il ne peut se faire que l'inclination naturelle d'une espèce tende à ce qui est mauvais en soi. Or, tous les animaux parfaits ont une inclination naturelle pour l'union charnelle. Donc cette union ne saurait être mauvaise en elle-même.

4° Une chose ne peut être mauvaise en elle-même, de laquelle dépend une autre chose bonne et excellente. Or, les espèces animales ne se perpétuent que par la génération qui résulte de l'union charnelle. Il est donc impossible que l'union charnelle soit mauvaise en elle-même.

Aussi l'Écriture dit : *La femme ne pèche pas, si elle se marie* (I. Cor., VII, 36).

id quod convenit proli generandæ et educandæ, ita etiam secundum rationem est quod aliquis carnali conjunctione utatur secundum quod congruit ad generationem et educationem prolis. Lege autem divina hæc solum prohibita sunt quæ rationi adversantur, ut ex supradictis (c. 122-125) patet. Inconveniens est igitur dicere quod omnis carnalis conjunctio sit peccatum.

2° Adhuc, Quam membra corporis sint quedam animæ instrumenta, cujuslibet membri finis est usus ejus, sicut et cujuslibet alterius instrumenti. Querendam autem membrorum corporis usus est carnalis commixtio. Carnalis igitur commixtio est finis quorundam membrorum corporis. Id autem quod est finis aliquarum naturalium rerum non potest esse secundum se

malum, quia ea quæ naturaliter sunt ex divina Providentia ordinantur ad finem, ut ex supradictis (c. 97) patet. Impossibile est igitur quod carnalis commixtio sit secundum se mala.

3° Amplius, Naturales inclinationes in sunt rebus a Deo, qui cuncta movet. Impossibile est igitur quod naturalis inclinatio alicujus speciei sit ad id quod est secundum se malum. Sed omnibus animalibus perfectis inest naturalis inclinatio ad conjunctionem carnalem. Impossibile est igitur quod carnalis commixtio sit secundum se mala.

4° Item, Illud sine quo non potest esse aliquid quod est bonum et optimum, non est secundum se malum. Sed perpetuitas speciei non conservatur in animalibus, nisi per generationem, quæ est ex commixtionem.

Cela renverse l'erreur de ceux qui considèrent comme illicite toute union charnelle, et qui, en conséquence, condamnent absolument le mariage et son usage. Quelques-uns d'entre eux enseignent cette doctrine, parce qu'ils croient que les êtres matériels procèdent, non pas du bon, mais du mauvais principe (1).

CHAPITRE CXXVII.

L'usage d'aucun aliment n'est par lui-même un péché.

1° Il en est de l'usage des aliments comme de l'union charnelle, qui est exempte de péché quand elle a lieu selon la raison. Or, toute chose se passe suivant la raison lorsqu'elle tend, comme il convient, à sa fin légitime. Or, la fin légitime de l'usage des aliments est la conservation du corps au moyen de la nutrition. Donc on peut prendre sans péché tout aliment capable de produire cet effet. Donc l'usage d'aucun aliment n'est pas par lui-même un péché.

2° L'usage d'une chose n'est mauvais par lui-même qu'autant que cette chose est mauvaise par elle-même. Or, il n'est point d'aliment naturellement mauvais, puisque, comme nous l'avons prouvé (ch. 7), toute chose est bonne par sa nature; mais tel aliment peut être mauvais pour tel individu, en tant qu'il est nuisible à la santé de son corps. Donc l'usage d'aucun aliment, considéré comme cette chose

(1) Les Manichéens faisaient de l'âme une portion de la lumière céleste, ou de la divinité, et parce que, par la génération, cette portion de la divinité se trouve plus étroitement unie à la matière, qu'ils considéraient comme l'œuvre du mauvais principe, ils en concluaient que l'usage du mariage est un crime.

carnali. Impossibile est igitur quod commixtio carnalis sit secundum se mala.

Hinc est quod dicitur: Mulier non peccat, si nubat (I. Cor., VII, 36).

Per hoc autem excluditur error quorundam dicentium omnem carnalem conjunctionem esse illicitam; unde totaliter matrimonium et nuptias damnant; quorum quidam hoc ideo dicunt quia credunt temporalia, non a bono, sed a malo principio esse.

CAPUT CXXVII.

Quod nullius cibi usus est peccatum secundum se.

1° Sicut autem venerorum usus absque

peccato est, si secundum rationem fiat, ita etiam et usus ciborum. Fit autem unumquodque secundum rationem quando ordinatur secundum quod congruit debito fini. Finis autem debitus sumptionis ciborum est conservatio corporis per nutrimentum. Quicumque igitur cibus hoc facere potest, absque peccato potest sumi. Nullius igitur cibi sumptio secundum se est peccatum.

2° Adhuc, Nullius rei usus secundum se malus est, nisi res ipsa secundum se mala sit. Nullus autem cibus secundum naturam malus est, quia omnis res secundum suam naturam bona est, ut supra ostensum est (c. 7); potest autem aliquis cibus esse alicui malus, in quantum contrariatur salubritati ipsius secundum corpus. Nullius igitur cibi sumptio, secundum quod est talis res, est

déterminée, n'est pas lui-même un péché, mais il peut devenir un péché, si quelqu'un en use autrement que la raison lui conseille de le faire pour sa santé.

3° Ce n'est pas un mal en soi que de faire des choses l'usage pour lequel elles existent. Or, nous l'avons vu (ch. 81), les plantes sont pour les animaux; certains animaux existent pour d'autres, et tous ensemble pour l'homme. Donc user des plantes ou de la chair des animaux, comme d'une nourriture, ou les employer de toute autre manière avantageuse à l'homme n'est point un péché.

4° Le défaut du péché passe de l'âme dans le corps, et non réciproquement; car nous disons qu'il y a péché parce que la volonté est désordonnée. Or, la nourriture touche immédiatement le corps et non pas l'âme. Donc l'usage des aliments, pris en lui-même, ne peut être un péché qu'autant qu'il répugne à la rectitude de la volonté. Cela a lieu : d'abord parce qu'il est en opposition avec la fin propre des aliments : par exemple, quand quelqu'un, pour le plaisir qu'il y trouve, prend une nourriture contraire à la santé du corps, soit à cause de l'espèce des aliments, soit à raison de la quantité; en second lieu, parce que l'usage de ces aliments répugne à la condition de celui qui les prend, ou des personnes avec lesquelles il vit; ce que font les hommes qui ont une table plus recherchée que ne le permet leur fortune, et qui contraste avec les habitudes de ceux qui ont avec eux une vie commune; en troisième lieu, parce qu'une loi prohibe tels aliments pour une cause spéciale : ainsi, sous l'ancienne loi, la prohibition de certains aliments était symbolique; en Egypte, dans les temps anciens, il était défendu de manger la chair des bœufs, de

peccatum secundum se; sed potest esse peccatum, si præter rationem aliquis ipso utatur secundum suam salutem.

3° Amplius, Uti rebus ad hoc ad quod sunt non est secundum se malum. Sunt autem plantæ propter animalia; animalium vero quædam propter alia, et omnia propter hominem, sicut ex superioribus (c. 81) patet. Uti igitur vel plantis vel animalium carnibus, vel ad esum vel ad quicquid aliud sunt homini utilia, non est secundum se peccatum.

4° Item, Defectus peccati ab anima derivatur ad corpus, et non e converso; peccatum enim dicimus secundum quod deordinatur voluntas. Cibi autem immediate ad corpus pertinent, non ad animam. Non igitur ciborum sumptio secundum se potest

esse peccatum, nisi quatenus repugnat rectitudini voluntatis. Quodquidem contingit: uno modo, propter repugnantiam ad proprium finem ciborum, sicut quum aliquis, propter delectationem quæ est in cibis, utitur cibis contrariantibus corporis saluti, vel secundum speciem ciborum vel secundum quantitatem; alio modo, secundum quod repugnat conditioni ejus qui utitur cibis, vel eorum cum quibus conversatur, puta quum quis accuratius cibis utitur quam sua facultas sustineat, et aliter quam eorum mores habeant cum quibus convivit; tertio modo, secundum quod cibi sunt aliqua lege prohibiti, propter aliquam causam specialem: puta, in veteri lege, quidam cibi prohibebantur propter significationem; in Ægypto prohibebatur an-

peur que l'agriculture n'en souffrit ; ou même parce que des règlements interdisent l'usage de ces aliments pour mettre un frein à la concupiscence.

C'est pourquoi le Seigneur dit : *Ce n'est pas ce qui entre dans la bouche qui souille l'homme* (Matth., xv, 11). Nous lisons encore : *Mangez de tout ce qui se vend au marché, sans vous informer de rien, pour ne pas blesser votre conscience* (I. Cor., x, 25). Il est dit : *Toute créature de Dieu est bonne, et il ne faut rien rejeter de ce que l'on prend avec actions de grâces* (I. Tim., iv, 4).

Ainsi est détruite l'erreur de ceux qui affirment que l'usage de certaines viandes est illicite par lui-même, et dont l'Apôtre dit au même endroit : *Dans les derniers temps, quelques-uns abandonneront la foi, en suivant des esprits d'erreur et les doctrines diaboliques.. de ceux qui interdiront le mariage et l'usage des aliments que Dieu a créés pour être pris avec actions de grâces* (I. Tim., iv, 4 et 3).

Dès lors que l'usage des aliments et des plaisirs de la chair n'est point mauvais en lui-même, mais peut seulement devenir illicite, en tant qu'il sort de l'ordre fixé par la raison, et que d'ailleurs les biens extérieurs que l'on possède sont nécessaires pour pourvoir à la nourriture, à l'éducation des enfants, à l'entretien de la famille et aux autres besoins du corps, il s'ensuit que la possession des richesses n'est pas non plus mauvaise par elle-même, si l'on reste dans des limites raisonnables, en sorte que l'homme possède justement ses biens, qu'il ne mette pas en eux la fin de sa volonté, et qu'il en use de la manière convenable pour son avantage et celui des autres.

Aussi l'Apôtre ne condamne pas les riches, mais il leur donne une

tiqutis comestio carnis bovinae, ne agricultura impediretur ; vel etiam secundum quod aliquae regulæ prohibent aliquibus cibis uti, ad concupiscentiam refrenandam.

Hinc est quod Dominus dicit : *Non quod intrat in os coinquinat hominem* (Matth., xv, 11) ; et dicitur : *Omnia quod in macello venit manducate, nihil interrogantes, propter conscientiam* (I. Cor., x, 25) ; et dicitur : *Omnia creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur* (I. Tim., iv, 4).

Per hoc autem excluditur quorundam error, qui usum quorundam ciborum secundum se dicunt esse illicitum ; de quibus Apostolus dicit ibidem : *In novissimis temporibus, discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum...*

prohibentium numero, abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione (I. Tim., iv, 1 et 3).

Quia vero usus ciborum et venereorum non est secundum se illicitus, sed solum, secundum quod exit ab ordine rationis, illicitus esse potest, ea vero quæ exterius possidentur necessaria sunt ad sumptionem ciborum, ad educationem prolis et sustentationem familie, et ad alias corporis necessitates, consequens est quod nec secundum se etiam divitiarum possessio est illicita, si ordo rationis servetur, ita scilicet quod juste homo possideat quæ habet, et quod in eis finem voluntatis suæ non constituat, et quod eis debito modo utatur ad suam et aliorum utilitatem.

Hinc est quod Apostolus divites non con-

règle sûre pour l'usage de leurs richesses, quand il dit : *Ordonnez aux riches de ce monde de n'être point orgueilleux, de ne pas mettre leur espérance dans des richesses incertaines, mais dans le Dieu vivant, qui nous donne abondamment toutes choses pour en jouir, de faire le bien, de se rendre riches en bonnes œuvres, de donner facilement l'aumône, de faire participer les autres à ce qu'ils possèdent* (I. Tim., vi, 17 et 18); et ailleurs il est dit : *Bienheureux le riche qui a été trouvé sans tache, qui n'a point couru après l'or, et n'a pas mis son espérance dans l'argent et les trésors* (Eccli., xxxi, 8).

Tout cela anéantit l'erreur de certains hérétiques qui, au rapport de saint Augustin, « ont eu l'extrême présomption de se donner le « nom d'apostoliques, parce qu'ils ne recevaient pas dans leur com- « munion ceux qui usaient du mariage et possédaient quelque chose « en propre. Tels sont, dans l'Église catholique, les moines et beau- « coup de clercs. Mais ceux-ci sont hérétiques, parce que, se séparant « de l'Église, ils considèrent comme ayant perdu toute espérance « ceux qui font usage des choses dont ils se privent » (*des Hérésies*, ch. 40).

CHAPITRE CXXVIII.

Quels sont les rapports de l'homme avec son prochain, d'après la loi divine.

1° Ce que nous venons de dire prouve clairement que la loi divine incline l'homme à garder l'ordre indiqué par la raison pour toutes les choses dont il peut faire usage. Parmi tous les êtres qui peuvent être à l'usage de l'homme, les autres hommes tiennent le premier rang.

dammat, sed eis certam regulam divitiis utendi tradit, dicens : *Divitiibus hujus seculi præcipe non sublimis sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat vobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare* (I. Tim., vi, 17 et 18); et : *Beatus dives qui inventus est sine macula et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris* (Eccli., xxxi, 8).

Per hoc etiam enclauditur quorundam error, qui, ut Augustinus dicit : « Aposto- « licos se arrogantissime vecaverunt, eo « quod in suam communionem non soci- « parent utentes conjugibus et res proprias « possidentes, quales habet catholica Ecclesia « et monachos et clericos plurimos; sed ideo

« isti hæretici sunt quoniam, se ab Ecclesia « separantes, nullam spem putant eos ha- « bere qui utuntur his rebus quibus ipsi « carent » (*De Hæresib.*, c. 40).

CAPUT CXXVIII.

Quomodo secundum legem Dei homo ad proximum ordinatur.

1° Ex his ergo quæ dicta sunt manifestum est quod secundum legem divinam homo inducitur ut ordinem rationis servet in omnibus quæ in ejus usum venire possunt. Inter omnia autem quæ in usum hominis veniunt, præcipua sunt etiam alii ho-

Or, par sa nature, l'homme est un animal destiné à la société; car il a besoin de beaucoup de choses auxquelles un seul ne saurait pourvoir. Donc la loi divine doit mettre l'homme dans une telle disposition, que ses rapports avec les autres hommes soient conformes à l'ordre de la raison.

2° La fin de la loi divine est de porter l'homme à s'attacher à Dieu. Or, pour arriver à ce but, les hommes s'entraident, soit pour acquérir la connaissance, soit même pour produire les actes nécessaires; car ils s'aident mutuellement à connaître la vérité, et l'un provoque l'autre au bien et l'éloigne du mal : c'est pourquoi les Livres Saints nous disent : *Le fer aiguise le fer, et l'homme excite le visage de son ami* (Prov., xxvii, 17); *Il vaut mieux que deux soient ensemble que de rester seuls; car ils tirent avantage de leur société: si l'un tombe, l'autre le soutiendra. Malheur à l'homme isolé! parce que lorsqu'il tombe, il n'a personne pour le relever. Si deux dorment ensemble, il s'échauffent l'un l'autre; comment un seul s'échauffera-t-il? Et si quelqu'un est plus fort qu'un seul, deux lui résistent* (Ecclés., iv, 9-12). Il fallait donc que la loi divine réglât la société des hommes entre eux.

3° La loi divine est en quelque sorte le plan adopté par la Providence de Dieu pour gouverner les hommes. Or, il appartient à la divine Providence de maintenir dans l'ordre voulu chacun des êtres qui dépendent d'elle, en sorte que tous restent dans le lieu et le degré qui leur conviennent. Donc la loi divine coordonne les hommes entre eux, de manière qu'aucun d'eux ne sorte de l'ordre qui lui est propre; et c'est en cela que consiste la paix entre les hommes; car, au senti-

mines. Homo autem naturaliter animal sociale est; indiget enim multis quæ per unum solum parari non possunt. Oportet igitur quod ex lege divina instituatür homo ut secundum ordinem rationis se habeat ad alios homines.

2° Adhuc, Finis divinæ legis est ut homo Deo adhæreat. Juvatur autem unus homo in hoc ex alio, tam quantum ad cognitionem, quam etiam quantum ad affectionem; juvant enim se homines mutuo in cognitione veritatis, et unus alium provocat ad bonum et retrahit a malo; unde dicitur: *Ferum ferro exacuitur, et homo exacuit faciem amici sui* (Proverb., xxvii, 17); et: *Melius est duos esse simul quam unum; habent enim emolumentum societatis eorum; si unus ceciderit, ab altero suscietur. Væ soli quia, quum ceciderit, non habet sublevantem se. Et*

si dormierint duo, fovebuntur mutuo; unus quomodo calefit? Et si quispiam prævaluerit contra unum, duo resistunt ei (Eccl., iv, 9-12). Oportuit igitur lege divina ordinari societatem hominum ad invicem.

3° Amplius, Lex divina est quædam ratio divinæ Providentiæ ad homines gubernandos. Ad divinam autem Providentiæ pertinet singula quæ ei subsunt sub debito ordine continere, ut scilicet suum locum et gradum teneat unumquodque. Lex igitur divina sic homines ad invicem ordinat, ut unusquisque suum ordinem teneat; quod est homines pacem habere ad invicem; pax enim hominum nihil aliud est quam ordinata concordia, ut Augustinus dicit (*De Civit. Dei*, l. xix, c. 13).

4° Item, Quandocumque aliqua ordinantur sub aliquo, oportet illa concorditer

ment de saint Augustin, la paix entre les hommes n'est autre chose que l'accord dans l'ordre (1).

4° Toutes les fois que plusieurs êtres sont subordonnés à un seul, ils doivent être harmoniquement coordonnés entre eux; autrement ils s'empêcheraient réciproquement d'atteindre leur fin commune; c'est ce qui a lieu dans une armée dont les parties sont organisées en vue de la victoire, qui est la fin à laquelle vise le général. Or, la loi divine met chaque homme en particulier en rapport avec Dieu. Donc, pour que les hommes ne se fassent pas obstacle les uns aux autres, la loi divine a dû établir entre eux cet accord qui constitue la paix. Aussi le Psalmiste dit : *Il a établi la paix dans vos contrées* (Ps. CXLVII, 3); et le Seigneur : *Je vous ai dit ces choses afin que vous ayez la paix en moi* (Joann., XVI, 33).

L'accord dans l'ordre se conserve parmi les hommes quand on rend à chacun ce qui lui est dû; et c'est un acte de justice; c'est pourquoi il est dit : *La paix est l'œuvre de la justice* (Is., XXXII, 17). Il fallait donc que la loi divine fit des préceptes de justice, afin que chacun rendît à autrui ce qui lui appartient et s'abstînt de lui porter préjudice. — Or, on est redevable à ses parents plus encore qu'aux autres hommes; et, pour cette raison, nous trouvons parmi les commandements qui régulent nos rapports avec le prochain, celui-ci : *Honorez votre père et votre mère* (Exod., XX, 12), pour nous donner à entendre que chacun

(1) Pax corporis est ordinata temperatura partium. Pax animæ irrationalis, ordinata requies appetitionum. Pax animæ rationalis, ordinata cognitionis actionisque consensio. Pax corporis et animæ, ordinata vita et salus animantis. Pax hominis mortalis et Dei, ordinata in fide sub æterna lege obedientia. Pax hominum, ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperandi atque obediendi concordia eo habitantium, Pax civitatis, ordinata imperandi atque obediendi concordia civium. Pax cœlestis civitatis ordinatissima et concordissima societas fruendi Deo invicem in Deo. Pax omnium rerum, tranquillitas ordinis. Ordo est partium dispariarumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio (S. Aug., *De civitate Dei*, l. XIX, c. 13, inquit.).

esse ordinata ad invicem; alias, se invicem impedirent in consecutione finis communis; sicut patet in exercitu, qui concorditer ordinatur ad victoriam, quæ est finis ducis. Unusquisque autem homo per legem divinam ordinatur ad Deum. Oportuit igitur per legem divinam inter homines, ne se invicem impedirent, ordinatam concordiam esse, quæ est pax. Hinc est quod dicitur : *Qui posuit fines tuos pacem* (Psalm. CXLVII, 3); et Dominus dicit : *Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis* (Joann., XVI, 33).

Tunc autem ordinata concordia inter

homines servatur, quando unicuique quod suum est redditur; quod est iustitiæ; et ideo dicitur : *Opus iustitiæ pax* (Is., XXXII, 17). Oportuit igitur per legem divinam iustitiæ præcepta dari, ut unusquisque alteri redderet quod suum est, et abstineret a nocentibus ei inferendis. Inter homines autem maxime est aliquis parentibus debitor; et ideo, inter præcepta legis quæ nos ad proximum ordinant, ponitur : *Honora patrem tuum et matrem tuam* (Exod., XX, 12); in quo intelligitur præcipi ut tam parentibus quam etiam aliis unusquisque reddat

est obligé de rendre ce qu'il doit à ses parents aussi bien qu'aux étrangers, suivant cette parole : *Rendez à tous ce que vous devez* (Rom., XIII, 7). Viennent ensuite les préceptes qui nous obligent à éviter de causer quelque dommage au prochain, en sorte que nous ne l'offensions, ni dans sa personne ; car il est dit : *Vous ne tuerez pas* (Exod., XX, 13) ; ni dans une personne qui lui est unie ; car il est écrit : *Vous ne commettrez point l'adultère* (Ibid., XX, 14) ; ni même dans ses biens extérieurs ; car il est écrit : *Vous ne déroberez point* (Ibid., XX, 15) ; il nous est encore défendu d'offenser injustement le prochain par paroles, en ces termes : *Vous ne direz point de faux témoignage contre votre prochain* (Ibid., XX, 16). Et parce que Dieu juge aussi les cœurs, il nous est interdit d'offenser le prochain dans notre cœur, en désirant sa femme ou quelqu'un de ses biens (2).

L'homme se trouve incliné de deux manières à garder la justice que la loi divine lui impose : par un principe intérieur, et par un principe extérieur. Par un principe intérieur, en tant qu'il a la volonté d'observer les préceptes de la loi divine ; disposition qui résulte de la charité de l'homme pour Dieu et le prochain ; car celui qui aime quelqu'un lui rend spontanément et avec joie ce qu'il lui doit et même y ajoute encore libéralement. D'où il suit que l'accomplissement complet de la loi dépend de la charité, d'après cette parole de l'Apôtre : *La plénitude de la loi c'est la charité* (Rom., XIII, 10) ; et le Seigneur dit que *la loi tout entière est contenue dans ces deux commandements*, la charité de Dieu et du prochain (Matth., XXII, 40). Mais parce que plusieurs ne sont pas

(2) *Non concupisces domum proximi tui ; nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quae illius sunt* (Exod., XX, 17).

quod debet, secundum illud : *Reddite omnibus debita* (Rom., XIII, 7). Deinde ponuntur præcepta quibus præcipitur abstinendum esse a nocentis proximo inferendis, ut neque factis eum offendamus in persona propria, quia dictum est : *Non occides* (Exod., XX, 13) ; neque in persona conjuncta, quia scriptum est : *Non machaberis* (Ibid., XX, 14) ; neque etiam in exterioribus rebus, quia scriptum est : *Non furtum facies* (Ibid., XX, 15) ; prohibemur etiam ne contra justitiam proximum verbo offendamus, quia scriptum est : *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium* (Ibid., XX, 16). Et, quia Deus etiam cordium judex est, prohibemur ne corde proximum offendamus, concupiscendo scilicet uxorem aut aliquam rem ejus.

Ad hujusmodi autem justitiam observandam, quæ lege divina statuitur, dupliciter homo inclinatur : uno modo, ab interiori ; alio modo, ab exteriori. Ab interiori quidem, dum homo voluntarius est ad observandum ea quæ præcipit lex divina ; quodquidem fit per amorem hominis ad Deum et proximum ; qui enim diligit aliquem, sponte et delectabiliter ei reddit quod debet et etiam liberaliter superaddit ; unde tota legis impletio ex dilectione dependet, secundum illud Apostoli : *Plenitudo legis est dilectio* (Rom., XIII, 10) ; et Dominus dicit quod *in his duobus mandatis, scilicet in dilectione Dei et proximi, universa lex pendet* (Matth., XXII, 40). Sed, quia aliqui interiorius non sunt sic dispositi ut ex seipsis sponte faciant quod lex jubet, ab

ainsi intérieurement disposés à exécuter spontanément ce que la loi prescrit, il faut que quelque chose d'extérieur les excite à accomplir les œuvres de justice de la loi ; ce qui a lieu lorsque, par crainte des châtimens, ils accomplissent la loi, non pas de bon cœur, mais servilement. Aussi est-il dit : *Lorsque vous exercerez vos jugemens sur la terre, en punissant les méchants, les habitants de l'univers apprendront la justice* (Is., xxvi, 9). D'autres, cependant, sont dans une disposition telle, qu'ils font d'eux-mêmes et de bon gré ce que la loi ordonne. Ceux de la seconde catégorie sont donc à eux-mêmes leur loi, puisqu'ils ont la charité, qui, faisant l'office de la loi, les incline et les fait agir de bon cœur. La loi extérieure n'était donc pas nécessaire pour eux, mais pour ceux qui ne sont pas d'eux-mêmes inclinés au bien ; c'est pourquoi l'Écriture dit : *La loi n'a pas été rendue pour le juste, mais pour les hommes injustes* (I. Tim., i, 9). L'Apôtre ne veut pas dire par là que les justes ne sont point tenus à l'accomplissement de la loi, comme quelques-uns l'ont compris à tort, mais qu'ils sont portés d'eux-mêmes à faire des œuvres de justice, même indépendamment de la loi.

CHAPITRE CXXIX.

Certains actes humains sont bons naturellement et non pas seulement parce que la loi les prescrit.

Nous voyons d'après cela que la rectitude des actes commandés par la loi ne dérive pas seulement des prescriptions de la loi, mais encore de leur propre nature. En effet :

1° Les préceptes de la loi divine subordonnent l'âme de l'homme à

exteriori trahendi sunt ad justitiam legis implendam ; quodquidem fit dum timore poenarum, non liberaliter, sed serviliter legem implent ; unde dicitur : *Quum feceris judicia tua in terra, scilicet puniendo malos, justitiam discent habitatores orbis* (Is., xxvi, 9). Alii vero sic sunt dispositi, ut ex seipsis sponte faciant quod lex jubet. Secundi igitur sibi ipsi sunt lex, habentes charitatem, quæ eos loco legis inclinat et liberaliter operari facit. Lex igitur exterior non fuit necessarium quod propter eos poneretur ; sed propter illos qui ex seipsis non inclinantur ad bonum ; unde dicitur : *Lex justo non est posita, sed injustis* (I. Tim., i, 9) ; quod non est sic intelligendum quasi justis non

teneantur ad legem implendam, ut quidam male intellexerunt, sed quia isti inclinantur ex seipsis ad justitiam faciendam, etiam sine lege.

CAPUT CXXIX.

Quod in actibus humanis sunt aliquæ rectæ secundum naturam, et non solum quasi lege posita.

Ex præmissis autem apparet quod eas quæ divina lege præcipiuntur rectitudinem habent, non solum quia sunt lege posita, sed etiam secundum naturam.

1° Ex præceptis enim legis divinæ mens

Dieu, et toutes les autres puissances de l'homme à la raison. Or, l'ordre naturel exige que l'inférieur reste soumis au supérieur. Donc les préceptes de la loi divine sont naturellement justes en eux-mêmes.

2° La Providence de Dieu a donné aux hommes le jugement naturel de la raison comme le principe de leurs opérations propres. Or, les principes naturels existent pour les choses qui sont conformes à la nature. Donc il est des opérations conformes à la nature de l'homme et qui sont bonnes en elles-mêmes, et non pas seulement comme prescrites par la loi.

3° Tous les êtres qui ont une nature déterminée doivent avoir des opérations déterminées en rapport avec cette nature ; car l'opération propre de chaque être résulte de sa nature. Or, la nature de l'homme est assurément déterminée. Donc, nécessairement, certaines opérations conviennent à l'homme par elles-mêmes.

4° Dès lors qu'une chose est naturelle à un être quelconque, ce qui est indispensable pour l'acquérir lui doit être également naturel ; car la nature n'est pas en défaut dans les choses nécessaires. Or, par sa nature, l'homme est un animal sociable ; et nous en avons la preuve en ce qu'un seul individu ne saurait pourvoir à tous les besoins de la vie humaine. Donc tout ce qui est absolument requis pour la conservation de la société humaine convient naturellement à l'homme. Or, tels sont les principes suivants : conserver à chacun ce qui lui appartient ; s'abstenir de porter préjudice. Donc certains actes humains sont naturellement bons.

5° Nous avons vu qu'il est dans la nature de l'homme d'user des

hominis ordinatur sub Deo, et omnia alia quæ sunt in homine sub ratione. Hoc autem naturalis ordo requirit quod inferiora superioribus subdantur. Sunt igitur ea quæ lege divina præcipiuntur secundum se naturaliter recta.

2° Præterea, Homines ex divina Providentia sortiuntur naturale judicatorium rationis, ut principium propriarum operationum. Naturalia autem principia ad ea ordinantur quæ sunt naturaliter. Sunt igitur aliquæ operationes naturaliter homini convenientes, quæ sunt secundum se rectæ, et non solum quasi lege positæ.

3° Præterea, Quorumcumque est natura determinata, oportet esse operationes determinatas quæ illi naturæ convenient ; propria enim operatio unuscujusque naturam ipsius sequitur. Constat autem homi-

num naturam esse determinatam. Oportet igitur operationes esse aliquas secundum se homini convenientes.

4° Adhuc, Quicumque est aliquid naturale, oportet etiam esse naturale id sine quo illud haberi non potest ; natura enim non deficit in necessariis. Est autem homini naturale quod sit animal sociale ; quod ex hoc ostenditur, quod unus homo solus non sufficit ad omnia quæ sunt humanæ vitæ necessaria. Ea igitur sine quibus societas humana conservari non potest sunt homini naturaliter convenientia. Hujusmodi autem sunt : unicuique quod suum est conservare, et ab injuriis abstinere. Sunt igitur aliquæ in humanis actibus naturaliter recta.

5° Amplius, Supra ostensum est (c. 81) quod omnis homo naturaliter hæc habet quod utatur rebus inferioribus ad suæ vitæ ne-

êtres inférieurs pour subvenir aux nécessités de sa vie (ch. 81). Or, il y a une mesure déterminée suivant laquelle cet usage convient à la vie humaine; et si cette mesure est dépassée, il devient nuisible à l'homme, comme on le voit quand il prend des aliments avec excès. Donc certains actes conviennent naturellement à l'homme.

6° D'après l'ordre naturel, le corps de l'homme existe pour son âme, et les puissances inférieures de l'âme pour la raison, de même que dans les autres êtres la matière est pour la forme, et les instruments sont pour l'agent principal. Or, ce qui est disposé en vue d'un autre être, loin d'entraver son action, la seconde. Donc il est naturellement bon que l'homme s'occupe de son corps et des puissances inférieures de l'âme, de telle manière que ce soin ne nuise en aucune façon à l'acte et au bien de la raison, mais les favorise au contraire. Or, si l'opposé a lieu, c'est naturellement un péché. Donc l'abus du vin, les excès de la table et les désordres de la chair, qui empêchent la raison d'agir, et aussi l'assujettissement aux passions, qui privent de sa liberté le jugement de la raison, sont des maux naturels.

7° Tout ce qui est pour un être un moyen de tendre à sa fin naturelle lui convient naturellement; et tout ce qui l'en empêche lui répugne naturellement aussi. Or, nous avons prouvé que l'homme est naturellement en rapport avec Dieu, comme avec sa fin (ch. 115). Donc les choses qui excitent l'homme à connaître Dieu et à l'aimer sont naturellement bonnes, et toutes celles qui produisent l'effet contraire sont naturellement mauvaises pour l'homme. Donc, évidemment, le bien et le mal, dans les actes humains, ne découlent pas uni-

cessitatem. Est autem aliqua mensura determinata secundum quam usus prædictarum rerum humanæ vitæ est conveniens; quæquidem mensura si prætermittatur, fit homini nocivum, sicut apparet in sumptione inordinata ciborum. Sunt igitur aliqui actus homini naturaliter convenientes.

6° Item, Secundum naturalem ordinem, corpus hominis est propter animam, et inferiores virtutes animæ propter rationem, sicut et in aliis rebus materia est propter formam, et instrumenta propter principalem agentem. Ex eo autem quod est ad aliud ordinatum, dicitur ei auxilium provenire, non autem aliquod impedimentum. Est igitur naturaliter rectum quod sic procuretur ab homine corpus et inferiores vires animæ ut ex hoc, et actus rationis, et bonum ipsius minime impediatur, magis au-

tem juvetur. Si autem secus accideret, erit naturaliter peccatum. Vinolentiæ igitur et comessationes et inordinatus venereorum usus, per quos actus rationis impeditur, et subdi passionibus, quæ liberum iudicium rationis esse non sinunt, sunt naturaliter mala.

7° Præterea, Unicuique naturaliter conveniunt ea quibus tendit in suum finem naturalem; quæ autem e contrario se habent sunt ei naturaliter inconvenientia. Ostensum est autem supra (c. 115) quod homo naturaliter ordinatur in Deum, sicut in finem. Ea igitur quibus homo inducitur in cognitionem et amorem Dei sunt naturaliter recta; quæcumque vero e contrario se habent sunt naturaliter homini mala. Patet igitur quod bonum et malum, in humanis actibus, non solum sunt secundum legis

quement des prescriptions de la loi, mais aussi de l'ordre naturel.

C'est ce qu'expriment ces paroles : *Les lois du Seigneur sont vraies; elles se justifient par elles-mêmes* (Ps. XVIII, 10).

Ainsi se trouve détruite cette opinion, qu'il n'y a de juste et de bon que ce que la loi ordonne.

CHAPITRE CXXX.

Des conseils contenus dans la loi divine.

Parce que le meilleur pour l'homme est de fixer son esprit en Dieu et dans les choses de Dieu, et qu'il ne saurait d'ailleurs apporter une grande application à des choses diverses, afin que son esprit devienne plus libre de s'élever vers Dieu, la loi divine renferme des conseils qui ont pour but de retirer l'homme des occupations de la vie présente, autant qu'il en est capable durant son séjour sur la terre. Mais cela ne lui est pas tellement nécessaire pour être juste, que sans cela il n'y ait pas de justice possible; car la vertu et la justice de l'homme persévèrent tant qu'il use des biens corporels et terrestres suivant l'ordre de la raison; c'est pourquoi on donne à ces exhortations de la loi le nom de conseils, et non pas de préceptes, en tant qu'elle invite l'homme à laisser ce qui est moins bon pour ce qui est meilleur. Or, dans la condition commune de la vie humaine, la sollicitude de l'homme comprend trois choses : Premièrement, sa propre personne, sa profession et le lieu de sa demeure; secondement, ses proches, et principalement son épouse et ses enfants; troisièmement, le soin des choses néces-

positionem, sed etiam secundum naturalem ordinem.

Hinc est quod dicitur *judicia Domini sunt vera, justificata in semetipsa* [Psalm. XVIII, 10].

Per hoc autem excluditur positio dicentium quod justa et recta sunt secundam legem posita.

CA PUT CXXX.

De consiliis quas dantur in lege divina.

Quia vero optimum hominis est ut mente Deo adhaereat et rebus divinis, impossibile autem est quod homo intense circa diversa occupetur, ad hoc quod liberius feratur in Deum mens hominis dantur in divina lege consilia,

quibus homines ab occupationibus praesentis vitae, quantum possibile est, retrahantur, terrenam vitam agentes. Hoc autem non est ita necessarium homini ad justitiam, ut sine eo justitia esse non possit; non enim virtus et justitia tollitur, si homo secundum ordinem rationis corporalibus et terrenis rebus utatur; et ideo hujusmodi divinae legis admonitiones dicuntur consilia, et non praeccepta, in quantum suadetur homini ut propter meliora minus bona praetermittat. Occupatur autem humana sollicitudo, secundum communem modum humanae vitae, erga tria: Primo quidem, circa propriam personam, quid agat aut ubi conversetur; secundo autem, circa personas sibi conjunctas, praecipue uxorem et filios; tertio, circa res exteriores procurandas quibus

saires à l'entretien de la vie. Pour retrancher toute préoccupation à l'égard des biens extérieurs, la loi divine conseille à l'homme de pratiquer la pauvreté, c'est-à-dire d'abandonner les choses de ce monde, dont le soin pourrait embarrasser son âme; et le Seigneur dit à ce sujet : *Si vous voulez être parfait, allez, vendez ce que vous avez et donnez-le aux pauvres...*, venez ensuite et suivez-moi (Matth., XIX, 21). Pour se délivrer du soin d'une épouse et de ses enfants, l'homme a le conseil de la virginité ou de la continence, selon ce que dit l'Apôtre : *Je n'ai point reçu de commandement du Seigneur touchant les vierges; mais je donne un conseil* (I. Cor., VII, 25); et voulant nous faire connaître la raison de ce conseil, il ajoute : *Celui qui est sans épouse s'occupe des choses de Dieu, et comment il plaira à Dieu. Mais celui qui est avec une épouse s'occupe des choses du monde, et comment il plaira à son épouse, et il est divisé* (Ibid., VII, 32 et 33). Le conseil donné à l'homme pour le débarrasser du soin de lui-même, c'est celui de l'obéissance, par laquelle il abandonne à son supérieur le droit de régler ses actes; et c'est pour cela qu'il est dit : *Obéissez à vos supérieurs et soyez-leur soumis; car ils veillent, comme devant rendre compte de vos âmes* (Hébr., XIII, 17).

Dès lors que la vie humaine atteint sa souveraine perfection quand l'esprit de l'homme se repose en Dieu, et que ces trois vertus paraissent disposer plus efficacement l'esprit à ce repos, il semble qu'elles conviennent à l'état de la perfection, non pas qu'elles soient elles-mêmes des perfections, mais elles sont en quelque sorte des dispositions à la perfection, qui consiste à s'occuper de Dieu. Le Seigneur l'enseigne expressément lorsqu'il dit, en conseillant la pauvreté : *Si vous voulez être parfait, allez, vendez ce que vous avez et donnez-le aux pauvres...*, venez en-

homo indiget ad sustentationem vitæ. Ad amputandam igitur sollicitudinem circa res exteriores, datur homini in lege divina consilium paupertatis, ut scilicet res hujus mundi abjiciat, quibus animus ejus sollicitudine aliqua implicari posset; hinc est quod Dominus dicit : *Si vis perfectus esse, vende quæ habes, et da pauperibus...*, et veni, sequere me (Matth., XIX, 21). Ad amputandam autem sollicitudinem uxoris et filiorum, datur homini consilium de virginitate vel continentia; hinc est quod dicitur : *De virginibus autem præceptum Domini non habeo; consilium autem do* (I. Cor., VII, 25); et hujusmodi consilii rationem assignans, subdit : *Qui sine uxore est sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo.*

Qui autem cum uxore est sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divites est (Ibid., VII, 32 et 33). Ad amputandam autem sollicitudinem hominis etiam circa seipsum, datur consilium obedientiæ, per quam homo dispositionem suorum actuum committit superiori; propter quod dicitur : *Obedite præpositis vestris et subjacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri* (Hébr., XIII, 17).

Quia vero summa perfectio humanæ vitæ in hoc consistit quod mens hominis Deo vacet, ad hanc autem mentis vacationem prædicta tria maxime videntur disponere, convenienter ad perfectionis statum pertinere videntur, non quasi ipsæ sint perfectiones, sed quia sunt dispositiones quæ-

(1) Marcion avait emprunté cette doctrine à Cerdon : Cerdoniani, a Cerdone nominati, qui duo principia sibi adversantia dogmatizavit ; Deumque Legis et Prophetarum non esse patrem Christi, nec bonum Deum esse, sed justum ; patrem vero Christi, bonum ; Christumque ipsum neque natum ex femina, neque habuisse carnem, nec vere mortuum vel quidquam passum, sed simulasse passionem. Quidam vero in duobus principiis suis duos deos ita eum dixisse perhibent, ut unus eorum esset bonus, alter autem malus... — Marcion quoque, a quo Marcionitæ appellati sunt, Cerdonis secutus est dogmata de duobus principiis (S. Aug., *De hæresibus*, c. 21 et 22).

qui, secundum patientiam boni operis, gloriam et honorem et incorruptionem querunt, vitam æternam ; iis autem qui... non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio (Rom., II, 6-8).

Per hoc autem excluditur error quorundam dicentium quod Deus non punit ; dicebant enim Marcion et Valentinus alium esse Deum bonum, et alium esse Deum justum, qui punit.

CAPUT CXLI.

De differentia et ordine pœnarum.

Quia vero, sicut ex prædictis patet, præ-

mium est quod voluntati proponitur quasi finis quo excitatur ad bene agendum ; e contrario pœna voluntati proponitur, ut a malo retrahatur, quasi aliquid fugiendum et malum, sicut de ratione præmii est quod sit bonum et voluntati consonum, ita de ratione pœnæ est quod sit malum et contrarium voluntati. Malum autem est privatio boni ; unde oportet quod secundum differentiam et ordinem bonorum sit etiam ordo et differentia pœnarum. Est autem summum bonum hominis felicitas, quæ est ultimus finis ejus ; quanto ergo aliquid est huic fini propinquius, tanto præeminet magis hominis bonum. Huic autem propinquissimum est virtus, et si quid aliud est quod ad bonam operationem hominum pro-

se rapproche de cette fin, et plus le bien de l'homme s'accroît. Or, ce qui s'en rapproche le plus, c'est la vertu, et tout ce qui aide l'homme à produire de bonnes œuvres, qui le conduisent au bonheur; vient ensuite la bonne disposition de la raison et des puissances qui lui sont soumises; après cela la santé du corps, qui est indispensable pour que l'opération soit libre; enfin, les biens extérieurs, qui nous facilitent en quelque sorte l'exercice de la vertu. Donc le plus grand châtement de l'homme, c'est d'être exclu du bonheur. Au-dessous de ce châtement sont : la privation de la vertu et d'une perfection quelconque des puissances naturelles dont l'âme est douée pour faire le bien; le désordre de ces puissances naturelles de l'âme; les maladies du corps; et enfin la perte des biens extérieurs.

Mais parce qu'il est de l'essence du châtement, non-seulement d'être une privation du bien, mais encore de répugner à la volonté, et que la volonté de tous les hommes ne prend pas les biens pour ce qu'ils sont en eux-mêmes, il arrive quelquefois qu'une chose qui prive d'un plus grand bien répugne moins à la volonté, et, par conséquent, elle paraît être un moindre châtement. Il résulte de là que nombre d'hommes, qui prisent davantage et connaissent mieux les biens sensibles et corporels que les biens intelligibles et spirituels, redoutent beaucoup plus les châtements du corps que ceux de l'âme; et, suivant leur opinion, l'ordre des châtements paraît opposé à celui que nous venons d'indiquer. Ils considèrent, en effet, comme la plus grande des peines les infirmités du corps et la perte des biens extérieurs; au lieu qu'ils considèrent comme peu de chose, ou comme rien, le désordre de l'âme, la perte de la vertu et l'exclusion de la vision de Dieu, qui con-

ficiat, qua pervenitur ad beatitudinem; consequitur autem et debita dispositio rationis et virium ei subjectarum; post hoc autem, et corporis incolumitas, quæ necessaria est ad expeditam operationem; demum autem, ea quæ exterius sunt, quibus quasi adminiculantibus utimur ad virtutem. Erit igitur maxima pœna hominem a beatitudine excludi; post hanc autem, virtute privari et perfectione quacumque naturalium virtutum animæ ad bene agendum; dehinc naturalium potentiarum animæ deordinatio; post hoc autem, corporis nocumentum; demum autem, exteriorum bonorum sublatio.

Sed, quia de ratione pœnæ est, non solum quod sit privativa boni, sed etiam quod sit contraria voluntati, non autem cujuslibet hominis voluntas existimat bona secun-

dum quod sunt, contingit interdum quod id quod est majoris boni privativum est minus contrarium voluntati, et, propter hoc, minus pœnale esse videtur; et inde est quod plures homines, qui bona sensibilia et corporalia magis aestimant et cognoscunt quam intelligibilia et spiritualia, plus timeant corporales pœnas quam spirituales; secundum quorum aestimationem contrarius ordo videtur pœnarum ordini supradicto. Apud hos enim maxima pœna aestimantur læsiones corporis et damna rerum exteriorum; deordinatio autem animæ, et damnum virtutis, et amissio fruitionis divinæ, in qua consistit ultima hominis felicitas, aut modicum aut nihil reputatur ab eis. Hinc autem procedit quod hominum peccata a Deo puniri non aestimant, quia vident ple-

stitue la félicité souveraine de l'homme. Cette disposition d'esprit leur fait croire que Dieu ne punit pas les péchés des hommes, parce qu'ils voient que, le plus souvent, les pécheurs ont une santé vigoureuse et possèdent les richesses extérieures dont les hommes vertueux sont quelquefois privés. Cela ne doit point étonner ceux qui envisagent ces choses sous leur aspect véritable. En effet, puisque tous les biens extérieurs sont subordonnés aux biens intérieurs, de même que le corps l'est à l'âme, les biens extérieurs et corporels ne sont des biens pour l'homme qu'autant qu'ils concourent à augmenter le bien de la raison, et lorsqu'ils sont un obstacle à son accroissement, ils se changent en maux pour l'homme. Dieu, qui règle toutes choses, connaît les degrés de la vertu humaine. C'est pourquoi il accorde quelquefois à l'homme vertueux des biens corporels et extérieurs pour l'aider à pratiquer la vertu, et dans ce cas, c'est un bienfait: quelquefois, au contraire, il lui retire ces biens, parce qu'il voit qu'ils empêcheront cet homme de s'exercer à la vertu et d'arriver à jouir de Dieu; ce qui fait que ces biens extérieurs deviennent pour lui des maux, comme nous l'avons dit; et, par conséquent, pour la même raison, leur perte est un bien pour l'homme. Dès lors donc que toute peine est un mal, et que ce n'est pas un mal pour l'homme d'être privé des biens extérieurs et corporels, en tant que cela est expédient pour son avancement dans la vertu, l'homme vertueux ne sera pas puni parce qu'il sera privé des biens extérieurs au profit de sa vertu; et, au contraire, ce sera un châtement pour les méchants de recevoir ces biens extérieurs, qui les poussent au mal. Ainsi il est dit que *les créatures de Dieu sont devenues un objet de haine, une tentation pour les âmes des hommes et un filet pour les pieds des insensés* (Sag., XIV, 11).

rumque peccatores incolumitate corporis vigere et exteriori fortuna potiri, quibus interdum homines virtuosi privantur; quod recte considerantibus mirum videri non debet. Quum enim omnia exteriora ad interiora ordinentur, corpus autem ad animam, in tantum exteriora et corporalia bona sunt homini bona in quantum ad bonum rationis proficiunt; secundum vero quod bonum rationis impediunt, homini vertuntur in malum. Novit autem rerum dispositor Deus mensuram virtutis humanæ; unde interdum homini virtuoso corporalia et exteriora bona ministrat in adjutorium virtutis, et in hoc ei beneficium præstat. Interdum vero ei prædicta subtrahit, eo quod considerat homini

illi esse ad impedimentum virtutis et fruitionis divinæ; ex hoc autem exteriora bona vertuntur homini in malum, ut dictum est; unde et eorum amissio, eadem ratione, homini vertitur in bonum. Si igitur omnis pœna malum est, non autem malum hœminem exterioribus et corporalibus bonis privari, secundum quod expedit ad profectum virtutis, non erit hoc homini virtuoso pœna si privetur exterioribus bonis in adjumentum virtutis; e contrario autem erit malis in pœnam si eis exteriora bona conceduntur, quibus provocantur ad malum. Unde dicitur quod *creaturæ Dei in odium factæ sunt, et in tentationem animabus hominum, et in enscupulan pedibus insipientium* (Sap., XIV, 11).

D'un autre côté, comme il est de l'essence du châtimeut, non-seulement d'être un mal, mais encore de répugner à la volonté, on dit par abus que la perte des biens corporels et extérieurs est un châtimeut, même quand elle fait avancer l'homme dans la vertu et n'est point pour lui un mal, parce qu'elle répugne à la volonté. C'est à cause du désordre qui est en lui que l'homme n'estime pas les choses telles qu'elles sont, mais préfère les biens du corps à ceux de l'âme. Ce désordre est une faute, ou procède d'une faute antérieure. Conséquemment donc, chez l'homme, toute peine, même en tant qu'elle répugne à la volonté, ne peut venir que d'une faute qui a précédé.

Ce qui le prouve encore, c'est que les choses qui sont bonnes en elles-mêmes ne deviendraient pas un mal pour l'homme par l'abus qu'il en fait, s'il n'y avait pas en lui quelque désordre.

De plus, si les choses que la volonté accepte, parce qu'elles sont naturellement bonnes, doivent être retirées à l'homme pour perfectionner sa vertu, cela vient d'un désordre, qui est une faute, ou la conséquence d'une faute; car il est évident que le péché qui a précédé introduit quelque désordre dans les affections humaines, en sorte qu'elles sont ensuite inclinées plus facilement vers le mal. Donc on ne peut pas dire que la faute est étrangère à cette nécessité où se trouve l'homme d'être aidé à pratiquer le bien, qui consiste dans la vertu, par un moyen qui est pour lui une sorte de châtimeut, en tant que, pris en lui-même, il répugne à sa volonté, bien que quelquefois il le veuille parce que la raison considère la fin.

Nous parlerons plus tard de ce désordre que le péché originel a in-

Quia vero de ratione pœnæ est, non solum quod sit malum, sed etiam quod sit contrarium voluntati, amissio corporaliũ et exteriorum bonorum, etiam quando est homini in profectum virtutis et non in malum, dicitur pœnæ, abusive, ex eo quod est contra voluntatem. Ex inordinatione autem hominis contingit quod homo non æstimet res secundum quod sunt, sed corporalia spiritalibus præferat. Inordinatio autem talis aut est culpa, aut ex aliqua culpa præcedente procedens. Unde consequenter patet quod pœna non sit in homine, etiam secundum quod est contra voluntatem, nisi culpa præcedente.

Hoc etiam ex alio patet, quia ea que sunt secundum se bona non verterentur homini in malum per abusum, nisi aliqua inordinatione in homine existente.

Item, Quod oporteat ea que voluntas acceptat, eo quod sunt naturaliter bona, homini subtrahi ad profectum virtutis, provenit ex aliqua hominis deordinatione, que vel est culpa, vel sequitur culpam. Manifestum est enim quod per peccatum præcedens fit quædam inordinatio in affectu humano, ut facilius postmodum ad peccatum inclinetur. Non ergo est absque culpa etiam quod oportet hominem adjuvari ad bonum virtutis per id quod est ei quodammodo pœnale, id est in quantum est absolute contra voluntatem ipsius, licet quandoque sit volitum secundum quod ratio respicit finem.

Sed de hac inordinatione, in natura humana existente ex peccato originali, postertus dicitur; nunc autem id tantum ma-

trouvé dans la nature humaine. Il suffit, pour le présent, que l'on voie clairement que Dieu punit les hommes pour leurs péchés, et qu'il ne punit qu'à cause d'une faute.

CHAPITRE CXLII.

Tous les châtimens et toutes les récompenses ne sont pas égaux.

1° Dès lors que, pour conserver l'égalité parmi les êtres, la justice divine exige que des châtimens soient infligés pour les fautes, et que les bonnes actions reçoivent une récompense, si, comme nous l'avons prouvé (ch. 139), les actes de vertu et les péchés sont gradués, il doit y avoir aussi des degrés dans les récompenses et les châtimens. L'égalité serait, en effet, détruite, si, contrairement à cela, celui qui commet de plus grands péchés n'était pas puni plus rigoureusement, et si celui qui agit mieux ne se voyait pas plus amplement récompensé; car la même raison semble demander que les hommes soient traités différemment, selon la différence du bien et du mal, et aussi suivant la différence du bien et du mieux, ou du mal et du plus mauvais.

2° L'égalité de la justice distributive consiste à traiter d'une manière inégale ceux dont les mérites sont inégaux. Donc la rétribution par les châtimens et les récompenses ne serait pas juste, si tous les châtimens et toutes les récompenses étaient égaux.

3° Nous avons vu que le législateur propose aux hommes des récompenses et des châtimens pour les éloigner du mal et les porter au bien (ch. 140). Or, il ne suffit pas de porter les hommes au bien et de les éloigner du mal, mais il faut encore exciter les bons à faire ce

nifestum sit quod Deus punit homines pro peccatis, et quod non punit absque culpa.

CAPUT CXLII.

Quod nec omnes pœnæ nec omnia præmia sunt æqualia.

1° Quum autem divina justitia id exigat quod, ad æqualitatem in rebus servandam, pro culpis pœnæ reddantur et pro bonis actibus præmia, oportet, si est gradus in virtuosius actibus et in peccatis, ut ostensum est (c. 139), quod sit etiam gradus præmiorum et pœnarum. Aliter enim non servaretur æqualitas, si non plus peccanti ma-

jor pœna aut, melius agenti majus præmium redderetur. Ejusdem enim rationis esse videtur quod differentèr retribuatur secundum differentiam boni et mali, et secundum differentiam boni et melioris, vel mali et pejoris.

2° Præterea, Talis est æqualitas distributive justitiæ ut inæqualia inæqualibus reddantur. Non ergo esset justa recompensatio per pœnas et præmia, si omnia præmia et omnes pœnæ essent æquales.

3° Adhuc, Præmia et pœnæ a legialtore proponuntur ut homines a malis ad bona trahantur, ut ex supradictis (c. 140) patet. Oportet autem homines non solum trahi ad bona et retrahi a malis, sed etiam bonos allici ad meliora et malos retrahi a pe-

qui est meilleur, et détourner les méchants de ce qui est plus mauvais; ce qui n'aurait pas lieu, si les récompenses et les châtimens étaient égaux. Donc les châtimens et les récompenses doivent être inégaux.

4° De même que certaines dispositions naturelles préparent un être à recevoir sa forme, les œuvres bonnes ou mauvaises disposent l'homme à être puni ou récompensé. Or, l'ordre établi par la divine Providence parmi les êtres fait que les mieux préparés reçoivent une forme plus parfaite. Donc il doit y avoir dans les châtimens et les récompenses une diversité correspondante à la diversité des actions bonnes ou mauvaises.

5° Il se rencontre un excédant dans les œuvres bonnes ou mauvaises de deux manières : d'abord, quant au nombre, selon que celui-ci a fait plus d'œuvres bonnes ou mauvaises que celui-là ; en second lieu, quant à la qualité, selon que l'action de l'un est meilleure ou pire que celle de l'autre. Or, il faut qu'un excédant de récompenses ou de châtimens réponde à l'excédant du nombre des œuvres ; car si certaines actions mauvaises restaient impunies, et si quelques bonnes actions n'étaient pas récompensées, Dieu ne décernerait pas, dans son jugement, ce qui revient aux hommes pour toutes leurs actions. Donc, pour la même raison, l'inégalité dans les récompenses et les châtimens correspond à l'excédant qui se trouve dans l'inégalité des œuvres.

C'est pourquoi l'Écriture dit : *Le nombre des coups sera réglé sur la mesure du péché* (Deuter., xxv, 2) ; *Lorsqu'elle sera rejetée, vous la jugerez en lui rendant mesure pour mesure* (Is., xxvii, 8).

Cette démonstration renverse l'erreur de ceux qui veulent que dans la vie future toutes les récompenses et tous les châtimens soient égaux.

ioribus ; quod non fieret, si præmia et pœnæ essent æqualia. Oportet igitur et pœnas et præmia inæqualia esse.

4° Amplius. Sicut per dispositiones naturales aliquis disponitur ad formam, ita per opera bona et mala aliquis disponitur ad pœnas et præmia. Sed hoc habet ordo quem divina Providentia statuit in rebus, quod magis disposita perfectiorem formam consequuntur. Ergo, secundum diversitatem bonorum operum vel malorum, oportet quod sit diversitas pœnarum et præmiorum.

5° Item, Contingit excessum esse in operibus bonis et malis dupliciter : uno modo, secundum numerum, prout unus alio habet opera plura, bona vel mala ; alio modo, secundum qualitatem operum, prout unus alio

vel melius vel pejus opus habet. Oportet autem quod excessui qui est secundum numerum operum respondeat excessus præmiorum vel pœnarum ; alias, non fieret recompensatio in divino iudicio pro omnibus quæ quis agit, si aliqua mala remaneret impunita et aliqua bona irremunerata. Pari ergo ratione, excessui qui est secundum inæqualitatem operum inæqualitas præmiorum et pœnarum respondet.

Hinc est quod dicitur : *Pro mensura pœcati erit et plagarum modus* (Deuter., xxv, 2) *In mensura contra mensuram, quum abjec fuerit, iudicabis eam* (Isai., xxvii, 8).

Per hoc autem excluditur error quorundam dicentium in futuro omnia præmia et pœnas esse æqualia.

CHAPITRE CXLIII.

De la peine qui est due au péché mortel et au péché véniel, par rapport à la fin dernière.

1° Nous voyons par tout ce qui précède que l'on pèche en deux manières : premièrement, le péché est tel que la tendance de l'âme est complètement détournée de l'ordre qui la rattache à Dieu, fin dernière de tous les biens ; et c'est là le péché mortel ; on pèche, en second lieu, de telle manière que, bien que l'ordre qui rattache l'âme humaine à sa fin dernière ne soit pas détruit, cela constitue pour elle un obstacle qui l'empêche de tendre librement à sa fin ; et ce péché, on l'appelle véniel. Si donc il doit y avoir dans les châtimens une différence correspondant à celle des péchés (ch. 142), il en résulte que la punition infligée à celui qui pèche mortellement devra l'exclure de la fin de l'homme, au lieu que la punition de celui qui pèche véniellement ne l'exclut pas ainsi de cette fin, mais le retarde et ne lui permet d'y arriver que plus difficilement ; car l'égalité de la justice se trouve observée en ce que l'homme est empêché, par punition et contre sa volonté, d'atteindre à sa fin en proportion de ce qu'il s'en est éloigné volontairement par le péché.

2° L'homme est doué d'une volonté, et les êtres de la nature ont aussi une inclination naturelle. Si l'on détruit dans un être de la nature l'inclination qui le fait tendre vers sa fin, il est dans une impossibilité absolue d'y arriver : par exemple, lorsque, par suite d'une altération, un corps pesant a perdu sa pesanteur et est devenu léger,

CAPUT CXLIII.

De pena quæ debetur peccato mortali et veniali, per respectum ad ultimum finem.

1° Est autem ex prædictis manifestum quod dupliciter contingit peccare : uno modo sic quod totaliter intentio mentis averatur ab ordine ad Deum, qui est ultimus finis bonorum ; et hoc est peccatum mortale ; alio modo sic quod, manente ordine humanæ mentis ad ultimum finem, impedimentum ali quod afferatur, quo retardatur ne libere tendat in finem ; et hoc dicitur peccatum veniale. Si ergo secundum differentiam peccatorum oportet esse differentiam pœnarum (c. 142), consequens est quod ille qui mortaliter peccat sit punien-

das sic quod excidat ab hominis fine ; qui autem peccat venialiter, non ita quod excidat, sed ita quod retardetur, aut difficultatem patiat in adipiscendo finem ; sic enim justitiæ servatur æqualitas ut, quomodo homo peccando voluntarie a fine se divertit, ita pœnaliter contra suam voluntatem in finis adeptione impediatur.

2° Adhuc, Sicut est voluntas in hominibus, ita est inclinatio naturalis in rebus naturalibus. Si autem ab aliqua re naturali tollatur inclinatio ejus ad finem, omnino finem illum consequi non potest ; sicut corpus grave, quum gravitatem amiserit per corruptionem et factum fuerit leve, non perveniet ad medium ; si autem fuerit in suo motu impeditum, inclinatione ad finem manente, remoto prohibente, perveniet ad

il ne parvient plus à son centre de gravité ; mais si, continuant à tendre vers sa fin, il a seulement été empêché d'exécuter son mouvement, il y arrive aussitôt que l'obstacle est levé. Or, la tendance de la volonté est complètement détournée de la fin dernière chez celui qui pèche mortellement ; et quand le péché n'est que véniel, cette tendance reste toujours dirigée vers la fin, mais elle est en quelque sorte retardée, parce qu'elle s'arrête plus qu'il ne faudrait aux choses qui existent à cause de la fin. Donc le châtement dû à celui qui pèche mortellement, c'est d'être complètement exclu de sa fin ; et celui qui pèche véniellement doit être puni en éprouvant quelque difficulté pour y atteindre.

3° Quand un bien que l'on n'a pas en vue vient à échoir, c'est un effet de la fortune et du hasard. Si donc celui dont l'intention est détournée de sa fin dernière y arrive néanmoins, ce sera un effet de la fortune et du hasard. Or, cela répugne ; car la fin dernière est le bien de l'intelligence ; la fortune est opposée à l'intelligence, parce que les événements fortuits ont lieu en dehors de tout plan arrêté dans l'intelligence, et il serait absurde que l'intelligence atteignît à sa fin par un moyen non intelligible. Donc celui qui, péchant mortellement, détourne son intention de sa fin dernière, n'atteindra pas à cette fin.

4° La matière ne reçoit sa forme de l'agent qu'autant qu'elle est convenablement disposée à cet effet. Or, la perfection de la volonté consiste dans la fin et dans le bien, de même que la forme est celle de la matière. Donc la volonté n'entrera en possession de sa fin dernière que si elle est dans la disposition requise. Or, la volonté est disposée à atteindre à sa fin par l'intention et le désir qu'elle en a. Donc celui qui détourne son intention de sa fin n'y atteindra pas.

finem. In eo autem qui peccat mortaliter, omnino avertitur intentio voluntatis a fine ultimo ; in illo autem qui venialiter peccat, manet intentio conversa ad finem, sed aliquantulum impeditur ex hoc quod plus debito inhæret his quæ sunt ad finem. Igitur ei qui peccat mortaliter hæc pœna debetur ut omnino excludatur a consecutione finis ; ei autem qui peccat venialiter, quod difficultatem aliquam patietur antequam ad finem perveniat.

3° Amplius, Quum aliquis consequitur aliquod bonum quod non intendebat, est a fortuna et casu. Si igitur ille ejus intentio est aversa a fine ultimo finem ultimum consequatur, erit hoc a fortuna et casu. Hoc

autem inconveniens est, quia ultimus finis est bonum intellectus ; fortuna autem intellectui repugnat, quia fortuita absque ordinatione intellectus proveniunt ; inconveniens autem est quod intellectus suum finem consequatur non per viam intelligibilem. Non ergo consequetur finem ultimum qui peccans mortaliter habet intentionem aversam ab ultimo fine.

4° Item, Materia non consequitur formam ab agente, nisi fuerit ad formam disposita convenienter. Finis autem et bonum est perfectio voluntatis, sicut forma materis. Voluntas igitur non consequetur ultimum finem, nisi fuerit disposita convenienter. Disponitur autem ad finem voluntas

5° On remarque cette disposition dans les choses qui sont ordonnées en vue d'une fin, que si la fin existe ou doit exister, les choses qui s'y rapportent existeront nécessairement, et si les choses qui se rapportent à la fin n'existent pas, la fin n'existera pas non plus; car si la fin peut se réaliser, même dans le cas où tout ce qui s'y rapporte n'existe pas, il est inutile de chercher à y atteindre par de tels moyens. Or, il est clair pour tous que l'homme atteint à sa fin dernière, qui est le bonheur, au moyen des actes des vertus, parmi lesquels la chose principale est la tendance vers la fin légitime. Si donc quelqu'un agit contrairement à la vertu, en détournant son intention de sa fin dernière, il convient qu'il en soit privé.

De là cette parole : *Eloignez-vous de moi, vous tous qui faites des œuvres d'iniquité* (Ps. vi, 9 et Matth., vii, 23).

CHAPITRE CXLIV.

Le péché mortel exclut éternellement de la fin dernière.

Le châtement qui exclut l'homme de sa fin dernière ne doit point avoir de terme. Car :

1° La privation d'une chose n'a lieu que pour celui qui est naturellement apte à la posséder; car on ne dit pas que le petit d'un animal qui vient de naître est privé de la vue. Or, nous avons prouvé que l'homme n'est pas apte à atteindre à sa fin dernière durant la vie présente (ch. 48). Donc l'exclusion de cette fin doit être une peine infligée après cette vie. Or, après cette vie l'homme ne conserve plus la

per intentionem et desiderium finis. Non igitur consequetur finem cujus intentio a fine avertitur.

8° Præterea, In his quæ sunt ordinata ad finem, talis habitudo invenitur quod, si finis est vel erit, necesse est ea quæ sunt ad finem fore; si autem ea quæ sunt ad finem non sunt, nec finis erit; si enim finis esse potest, etiam non existentibus illis quæ sunt ad finem, frustra per hujusmodi media quæritur finis. Ostensum est autem apud omnes quod homo per opera virtutum, in quibus præcipuum est intentio finis debiti, consequitur suum ultimum finem, qui est felicitas. Si ergo aliquis contra virtutem agat, ab intentione ultimi finis aversus, conveniens est quod ultimo fine privetur.

Hinc est quod dicitur : *Disceditis a me,*

omnes qui operamini iniquitatem (Psalm. vi, 9, et Matth., vii, 23).

CAPUT CXLIV.

Quod per peccatum mortale ultimo fine aliquis in æternum privatur.

Oportet autem hanc pœnam qua quis privatur ultimo fine esse interminabilem.

1° Privatio enim alicujus non est nisi quando natum est haberi; non enim catulus mox natus dicitur visu privatus. Ultimum autem finem non est homo aptus natus consequi in hac vita, ut probatum est (c. 48). Privatio ergo hujusmodi finis oportet quod sit pœna post hanc vitam. Sed

faculté d'arriver à sa fin dernière ; car, pour arriver à sa fin, l'âme a besoin du corps, en tant qu'au moyen du corps elle se perfectionne dans la science et la vertu, et lorsqu'elle est séparée du corps, elle ne revient plus à un état qui lui permette de se perfectionner par le moyen du corps, comme le prétendaient les partisans de la transmigration des âmes que nous avons réfutés plus haut (liv. II, ch. 83). Nécessairement donc celui sur qui tombe ce châtiment est exclu de sa fin dernière, et cette exclusion dure éternellement.

2° Si un être est privé d'une chose qu'il est dans sa nature de posséder, ce dommage ne peut se réparer qu'autant que, par la décomposition, il reviendra à l'état de matière première, afin qu'un autre être soit produit de nouveau ; et ce cas se présente lorsqu'un animal perd la vue ou un autre sens. Il ne peut se faire qu'un être qui est déjà produit le soit une seconde fois, à moins qu'il ne soit préalablement décomposé, et alors il sera produit de la même matière un autre être qui ne sera pas identique quant au nombre, mais quant à l'espèce. Or, une substance spirituelle, telle que l'âme ou un Ange, ne peut revenir par la décomposition à l'état de matière première, afin d'être de nouveau produite dans son identité spécifique (1). Si donc cette substance est privée d'une chose qu'il est dans sa nature de posséder, cette privation devra durer toujours. Or, un ordre rattache à une fin dernière, qui est Dieu, la nature de l'âme et celle de l'Ange. Donc, si elle sort de cet ordre par punition, cette punition sera éternelle.

3° Il semble conforme à l'équité naturelle que quiconque agit con-

(1) Cela est évident, puisque ces substances sont parfaitement simples, et qu'on ne peut décomposer ce qui est composé de parties.

post hanc vitam non remanet homini facultas adipiscendi ultimum finem ; anima enim indiget corpore ad consecutionem sui finis, in quantum per corpus perfectionem acquirit, et in scientia et in virtute ; anima autem, postquam fuerit a corpore separata, non redit iterum ad hunc statum quod per corpus perfectionem accipiat, sicut debebant transcorporationem ponentes, contra quos superius [l. II, c. 83] disputatum est. Necessesse est igitur quod ille qui hac pœna punitur ultimo fine privetur, et in æternum privatus remaneat.

2° Adhuc, Si quis privatur eo quod est in natura ejus ut habeatur, impossibile est illud reparari, nisi fiat resolutio in præjacentem materiam, ut iterum aliud de novo generetur, sicut quum animal amittit visum

aut alium sensum. Impossibile est autem quod jam generatum est iterum generetur, nisi primum corrumpatur ; et tunc ex eadem materia poterit aliud iterum generari, non idem numero, sed specie. Res autem spiritualis, ut anima vel Angelus, non potest resolvi per corruptionem in aliquam præjacentem materiam, ut iterum generetur illud idem specie. Si igitur privetur eo quod est in natura ipsius ut habeat, oportet quod in perpetuum maneat talis privatio. Est autem in natura animæ et Angeli ordo ad ultimum finem, qui est Deus. Si ergo ab hoc ordine decidat per aliquam pœnam, in perpetuum talis pœna manebit.

3° Item, Naturalis æquitas hoc habere videtur quod unusquisque privetur bono contra quod agit ; ex hoc enim reddit se

trairement à un bien en soit privé, parce que sa conduite l'en rend indigne. C'est pour cela que, d'après le droit civil, le citoyen qui commet un crime contre l'État est complètement exclu de la société, par la mort ou par un exil perpétuel; et l'on n'examine pas combien de temps a duré son crime, mais contre quel objet était dirigé son attentat. Or, il y a le même rapport entre la vie présente et la société terrestre, qu'entre l'éternité tout entière et la société des bienheureux, qui sont pour l'éternité en possession de leur fin dernière, comme nous l'avons vu (ch. 62). Donc quiconque pèche contre sa fin dernière et contre la charité, qui établit une société entre les bienheureux et ceux qui s'efforcent d'arriver au bonheur, doit être puni éternellement, bien que son péché n'ait duré que quelques courts instants.

4° Au jugement de Dieu la volonté est réputée pour le fait, parce que si les hommes voient les actes extérieurs, Dieu pénètre le cœur humain. Or, si quelqu'un se détourne pour un bien temporel de la fin dernière, qui est possédée éternellement, il préfère la jouissance transitoire de ce bien temporel à la jouissance éternelle de la fin dernière; ce qui prouve qu'il aurait beaucoup mieux aimé jouir pendant l'éternité de ce bien temporel. Donc, selon la justice divine, il doit être puni comme s'il avait péché éternellement. Or, il n'est pas douteux qu'un péché éternel mérite un châtement éternel. Donc celui qui se détourne de sa fin dernière doit être puni éternellement.

5° C'est la même raison de justice qui fait punir le péché et récompenser les bonnes actions. Or, la vertu est récompensée par la félicité qui est éternelle (ch. 62). Donc le châtement qui exclut l'homme de la félicité doit être également éternel.

tali bono indignum; et inde est quod, secundum civilem justitiam, qui contra rempublicam peccat societate reipublicæ privatur omnino, vel per mortem vel per exilium perpetuum; nec attenditur quanta fuerit mora temporis in peccando, sed quid sit contra quod peccavit. Eadem autem est comparatio totius vitæ præsentis ad rempublicam terrenam, et totius æternitatis ad societatem beatorum, qui, ut supra (c. 62) ostensum est, ultimo fine æternaliter potiuntur. Qui ergo contra ultimum finem peccat et contra charitatem, per quam est societas beatorum et tendentium in beatitudinem, in æternum debet puniri, quamvis aliqua brevi temporis mora peccaverit.

4° Præterea, Apud divinum judicium voluntas pro facto computatur; quia, sicut

homines vident ea quæ exterius aguntur, ita Deus inspicit hominum corda. Qui autem propter aliquod temporale bonum aversus est ab ultimo fine, qui in æternum possidetur, præponit fructum temporalem illius boni temporali æternæ fructioni ultimi finis; unde patet quod multo magis voluisset in æternum illo bono temporali frui. Ergo, secundum divinum judicium, ita puniri debet ac si æternaliter peccasset. Nulli autem dubium est quin pro æternæ peccato æterna pœna debeatur. Debetur igitur ei qui ab ultimo fine avertitur pœna æterna.

5° Adhuc, Eadem justitiæ ratione pœna peccatis redditur et bonis actibus præmium. Præmium autem virtutis est beatitudo, quæquidem est æterna, ut supra (c. 62) os-

Aussi est-il écrit : *Ceux-ci iront au supplice éternel, et les justes à la vie éternelle* (Matth., xxv, 46).

Ces raisonnements renversent l'erreur de ceux qui disent que les peines des méchants auront un jour un terme.

Cette opinion paraît avoir pris son origine dans ce principe posé par quelques philosophes, que toutes les peines sont médicinales, et, par conséquent, qu'elles doivent finir après quelque temps. On croyait pouvoir apporter en preuve : — Premièrement, la coutume des hommes; car les lois humaines décrètent des peines pour corriger les vices; ce qui en fait en quelque sorte des remèdes; — en second lieu, la raison; car si le supérieur infligeait des peines sans but, et seulement pour elles-mêmes, il s'ensuivrait qu'il se plairait à punir pour punir; ce qui répugne à la bonté divine; donc les peines doivent être infligées en vue d'une fin, et aucune autre fin ne paraît mieux convenir que la correction des vices. Il semble donc qu'on est en droit d'affirmer que toutes les peines sont médicinales, et, par suite, qu'elles auront un jour un terme, puisque tout ce qui est susceptible de guérison est accidentel à la créature raisonnable et peut être enlevé sans que la substance elle-même soit détruite.

Il faut reconnaître que Dieu n'inflige pas des châtimens pour eux-mêmes, comme s'il s'y complaisait, mais qu'il se propose une fin, qui est de soumettre les créatures à l'ordre qui constitue le bien de l'univers. L'ordre des êtres exige que Dieu dispense toutes choses suivant une certaine proportion; c'est pourquoi nous lisons au livre de la Sagesse (xi, 21), que Dieu fait *tout avec poids, nombre et mesure*. Or, il y a

tensum est. Ergo et pœna qua quis a beatitudine excluditur debet esse æterna.

Hinc est quod dicitur : *Stunt hi in supplicium æternum; justi autem in vitam æternam* (Matth., xxv, 46).

Per hoc autem excluditur error dicentium pœnas malorum quandoque esse terminandas.

Quisquidem positio ortum habuisse videtur a positione quorundam philosophorum, qui dicebant omnes pœnas purgatorias esse, et ita quandoque terminandas. Videbatur autem hoc persuasibile : — tam ex humana consuetudine; pœne enim humanis legibus inferuntur ad emendationem vitiorum; unde sicut medicinæ quedam sunt; — tum etiam ratione; si enim pœna non propter aliud inferretur a puniente, sed propter se tantum, sequeretur quod in pœnis

propter se delectaretur; quod bonitati divinæ non congruit; oportet igitur pœnas propter aliud inferri, nec viletur aliis conveniuntur finis quam emendatio vitiorum. Videtur igitur convenienter dici omnes pœnas purgatorias esse, et, per consequens, quandoque terminandas, quum etiam illud quod est purgabile accidentale sit ratione creaturæ et possit removeri absque consumptione substantiæ.

Est autem concedendum quod pœnæ inferuntur a Deo, non propter se, quasi Deus in ipsis delectetur, sed propter aliud, scilicet propter ordinem imponendum creaturis, in quo bonum universi consistit. Exigit autem hoc ordo rerum ut proportionaliter omnia divinitus dispensentur; propter quod dicitur in libro Sapientiæ (xi, 21) quod *Deus omnia facit in pondere, numero et men-*

entre les peines et les péchés le même rapport de proportion qu'entre les récompenses et les actes des vertus, et nous venons de voir que les peines éternelles sont proportionnées à certains péchés. Donc Dieu inflige à quelques péchés des peines éternelles, afin de conserver par les êtres l'ordre voulu, qui est une preuve de sa sagesse.

Lors même que l'on accorderait que toutes les peines n'ont d'autre but que la correction des vices, on ne serait pas contraint par cela de dire que toutes sont médicinales et auront un terme; car, dans certains cas, les lois humaines condamnent les criminels à mort, non pour les corriger eux-mêmes, mais pour corriger les autres; aussi est-il dit : *Lorsque l'homme corrompu sera châtié, l'insensé deviendra plus sage* (Prov., xix, 25). D'autres sont bannis de leur patrie par la loi humaine qui les frappe d'un exil perpétuel, afin d'épurer la société; ce qui fait dire au Sage : *Chassez le railleur, et les disputes s'en iront avec lui; les plaintes et les outrages cesseront* (Ibid., xxii, 10). Quoique les peines ne soient infligées que pour améliorer les mœurs, rien ne s'oppose donc à ce que, en vertu des jugements divins, quelques-uns doivent être perpétuellement exclus de la société des bons et punis éternellement afin que les hommes, saisis de crainte à la vue d'un châtement sans terme, cessent de s'abandonner au péché, et que leur séparation rende plus pure la société des bons, selon ce qui est écrit : *Rien de souille ni aucun de ceux qui commettent l'abomination et le mensonge n'y entrera* (Apoc., xxi, 27); c'est-à-dire dans la Jérusalem céleste, qui désigne la société des bons.

ura. Sicut autem præmia proportionaliter respondent actibus virtuosis, ita pœna peccatis; et quibusdam peccatis proportionantur pœnæ sempiternæ, ut ostensum est. Infigit igitur Deus pro quibusdam peccatis pœnas æternas, ut debitus ordo servetur in rebus, qui ejus sapientiam demonstrat.

Si quis tamen concedat omnes pœnas ad emendationem vitiorum induci, et non propter aliud, non tamen propter hoc cogitur ponere omnes pœnas purgatorias et terminabiles esse. Nam et secundum leges humanas aliqui morte puniuntur, non quidem ad emendationem sui, sed aliorum; hinc est quod dicitur : *Pestilente flagellato, stultus sapientior erit* (Proverb., xix, 25). Quidam etiam secundum humanas leges a civitate

perpetuo exilio excluduntur, ut, eis subtractis, civitas purior reddatur; unde dicitur : *Ejices derisorem, et exibit cum eo jurgium, cessabuntque causæ et contumeliæ* (Ibid. xxii, 10). Nihil igitur prohibet, etiam si pœnæ non nisi ad emendationem morum adhibeantur, quin secundum divinum iudicium aliqui debeant a societate bonorum perpetuo separari et in æternum puniri, ut ex perpetuæ pœnæ timore homines peccata desistant et bonorum societas purior ex eorum separatione reddatur, sicut dicitur : *Non intrabit in eam, id est in Jerusalem cœlestem, per quam designatur societas bonorum, aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens et mendacium* (Apoc., xxi, 27).

CHAPITRE CXLV.

Le péché est encore puni par des souffrances.

1^o Les hommes qui pèchent contre Dieu ne doivent pas être punis uniquement à privation éternelle du bonheur, mais encore par des souffrances. En effet :

1^o Il est démontré qu'il doit y avoir un rapport de proportion entre châtement et la faute (ch. 144). Or, la faute ne détourne pas seulement l'esprit de sa fin dernière, mais elle le tourne aussi vers d'autres objets, comme vers des fins. Donc l'exclusion de la fin n'est pas la seule peine qui convient au pécheur, mais il faut encore que les autres fins le fassent souffrir.

2^o Nous avons dit que des châtements sont infligés pour les fautes, afin que la crainte d'être punis éloigne les hommes du péché (ch. 144). Or, personne ne craint de perdre une chose qu'il ne désire nullement posséder. Donc ceux dont la volonté est détournée de la fin dernière ne redoutent point d'en être exclus. Donc cette seule exclusion de la fin dernière serait insuffisante pour les éloigner du péché. Donc il faut infliger aux pécheurs une autre peine qui leur inspire de la crainte.

3^o Si quelqu'un fait un usage désordonné d'une chose qui existe pour une fin, non-seulement il n'atteint pas à cette fin, mais il a encore à subir une autre conséquence nuisible : la nourriture prise avec excès nous en fournit la preuve; car, non-seulement elle ne donne pas la santé, mais encore elle cause la maladie. Or, celui qui met sa fin dans les créatures, n'en use pas comme il le doit; c'est-à-dire qu'il ne les

CAPUT CXLV.

Quod peccata puniuntur etiam per experientiam alicujus nocivi.

Non solum autem qui contra Deum peccant puniendi sunt per hoc quod a beatitudine perpetuo excludantur, sed etiam per experimentum alicujus nocivi.

1^o Pœna enim debet proportionaliter culpæ respondere, ut supra (c. 144) ostensum est. In culpa autem non solum avertitur mens ab ultimo fine, sed etiam indubite convertitur in alia quasi in fines. Non solum ergo puniendus est qui peccat per hoc quod excludatur a fine, sed etiam per hoc quod ex aliis rebus sentiat nocumentum.

2^o Amplius, Pœnæ inferuntur pro cul-

pis, ut timore pœnarum homines a peccatis retrahantur, ut supra (c. 144) dictum est. Nullus autem timet amittere id quod non desiderat adipisci; qui ergo habent voluntatem aversam ab ultimo fine non timent excludi ab illo. Non ergo per solam exclusionem ab ultimo fine a peccando revocantur. Oportet igitur peccantibus aliam pœnam adhiberi, quam timeant peccantes.

3^o Item, Si quis eo quod est ad finem inordinate utitur, non solum fine privatur, sed etiam aliud nocumentum incurrit, ut patet in cibo inordinate assumpto, qui non solum sanitatem non affert, sed etiam aegritudinem inducit. Qui autem in rebus creatis finem constituit eis non utitur secundum quod debet, reserendo scilicet ad ultimum finem. Non ergo solum debet pu-

rapporte pas à sa fin dernière. Donc il ne doit pas être puni uniquement par la privation du bonheur, mais encore par quelque souffrance qu'il endurera de la part des créatures.

4^o Si le bien est dû à ceux qui agissent suivant la règle, le mal est dû à ceux qui s'en écartent. Or, ceux qui conformément leurs actions à la règle, trouvent dans la fin qu'ils ont en vue leur perfection et leur joie. Donc le pécheur mérite, au contraire, d'être puni de telle manière que les choses dans lesquelles il met sa fin lui causent de l'affliction et de la souffrance.

C'est pour cela que, dans la Sainte-Écriture, Dieu ne menace pas seulement les pécheurs de les exclure de la gloire, mais encore de les faire tourmenter par les autres êtres; car il est dit : *Eloignez-vous de moi, maudits; allez au feu éternel, qui a été préparé pour le Diable et ses anges* (Matth., XXV, 41); *Il fera pleuvoir des pièges sur les pécheurs; le feu, le souffre et le vent des tempêtes seront leur partage* (Ps. X, 7).

Cela renverse l'opinion d'Algazel, qui enseigne que la punition des pécheurs consistera uniquement dans les regrets que leur inspirera leur exclusion de la fin dernière.

CHAPITRE CXLVI.

Les juges ont le droit de punir.

Comme il en est qui font peu de cas des châtimens infligés par Dieu, parce que, s'attachant aux êtres sensibles, ils n'ont souci que des choses qui tombent sous leurs yeux, la Providence divine a voulu

niri per hoc quod beatitudinis careat, sed etiam per hoc quod nocumentum ab ipsis experitur.

4^o Præterea, Sicut recte agentibus debentur bona, ita perverse agentibus debentur mala. Sed illi qui recte agunt in fine ab eis intento percipiunt perfectionem et gaudium. E contrario ergo debetur hæc pœna peccantibus, ut ex his in quibus sibi finem constituunt afflictionem accipiant et nocumentum.

Hinc est quod divina Scriptura peccatoribus comminatur, non solum exclusionem a gloria, sed etiam afflictionem ex aliis rebus; dicitur enim : *Diceditis a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est Diable et angelis ejus* (Matth., XXV, 41); et :

Pluit super peccatores laqueos; ignis et sulphur et spiritus procellarum, pars calicis eorum (Psalm. X, 7).

Per hoc autem excluditur opinio Algazelis, qui posuit quod peccatoribus hæc sola pœna reddetur quod affligentur pro amissione ultimi finis.

CAPUT CXLVI.

Quod iudicibus licet pœnas inferre.

Quia vero pœnas a Deo inflictas aliqui parvipendunt, propter hoc quod, sensibilibus dediti, solum ea que videntur curant, ideo per divinam Providentiam ordinatum

qu'il y eût sur la terre des hommes qui, au moyen de punitions présentes et sensibles, contraignissent les autres à observer la justice; et il est évident que ceux-là ne pèchent pas lorsqu'ils punissent les méchants. En effet :

1° Personne ne pèche en accomplissant la justice. Or, il est juste que les méchants soient punis, parce que, comme nous l'avons prouvé, le châtement fait rentrer la faute dans l'ordre (ch. 140). Donc les juges ne pèchent pas en punissant les méchants.

2° Les hommes qui sont élevés au-dessus des autres sur la terre sont, en quelque sorte, les exécuteurs des desseins de la divine Providence; car, suivant l'ordre providentiel qu'il a établi, Dieu réalise les effets inférieurs par les êtres supérieurs (ch. 78 et 79). Or, nul ne pèche en exécutant l'ordre de la Providence divine; et nous avons vu qu'il est dans l'ordre de la Providence que les bons soient récompensés et que les méchants soient punis (ch. 140). Donc les hommes qui sont au-dessus des autres ne pèchent pas quand ils récompensent les bons et punissent les méchants.

3° Le bien n'a aucun besoin du mal, mais c'est le contraire qui a lieu (1). Donc une chose nécessaire à la conservation du bien ne peut être mauvaise en elle-même. Or, il est nécessaire d'infliger des châtements aux méchants, si l'on veut conserver la concorde parmi les hommes. Donc il n'est pas mauvais en soi de punir les méchants.

4° Le bien de la communauté est préférable au bien particulier de l'individu. Donc il faut sacrifier le bien particulier pour conserver celui

(1) En effet, le bien est essentiellement positif, et existe indépendamment de toute négation. Le mal, au contraire, étant essentiellement négatif, il n'est possible qu'autant que le bien, dont il est la négation, aura préalablement existé.

est ut in terris sint homines qui, per pœnas sensibles et présentes, alios ad observantiam justitiæ cogant; quos manifestum est non peccare, dum malos puniunt.

1° Nullus enim peccat ex hoc quod justitiam facit. Justum autem est malos puniri, quia per pœnam culpa ordinatur, ut ex supradictis (c. 140) patet. Non igitur iudices peccant malos puniendo.

2° Adhuc, Homines qui in terris super alios constituuntur sunt quasi divini Providentiæ executores; Deus enim, per sui Providentiæ ordinem, per superiora inferiora exsequitur, ut ex supradictis (c. 78 et 79) patet. Nullus autem, ex hoc quod exsequitur ordinem divini Providentiæ,

peccat. Habet autem hoc ordo Providentiæ ut boni præmiantur et mali puniantur, ut ex supradictis (c. 140) patet. Non igitur homines qui aliis præsent peccant ex hoc quod bonos remunerant et puniunt malos.

3° Amplius, Bonum non indiget malo, sed e converso. Illud igitur quod est necessarium ad conservationem boni non potest esse secundum se malum. Ad conservationem autem concordis inter homines necessarium est quod pœne malis indignantur. Punire igitur malos non est secundum se malum.

4° Item, Bonum commune melius est quam bonum particulare unius. Subtrahendam est igitur bonum particulare, ut

de la communauté. Or, la vie de quelques individus dangereux met obstacle au bien commun de la société humaine. Donc on doit faire disparaître par la mort ces hommes du milieu de la société.

5° De même que le médecin fait son opération dans le but de conserver la santé, qui consiste dans l'équilibre réglé des humeurs, ainsi le chef de la société civile se propose de conserver, par son administration, la paix qui consiste dans l'accord des citoyens sous une même règle. Or, le médecin fait une chose bonne et utile en coupant un membre gangrené, si la gangrène menace de se communiquer au reste du corps. Donc le chef de la société civile est juste et exempt de péché, lorsqu'il met à mort des hommes dangereux, pour empêcher que la paix de l'État ne soit troublée.

C'est ce qui fait dire à l'Apôtre : *Ne savez-vous pas qu'un peu de levain fait fermenter toute la pâte* (I. Cor., v, 6)? et un peu après il ajoute : *L'aites disparaître ce méchant du milieu de vous* (Ibid., 13). Il dit encore, en parlant du pouvoir terrestre, qu'il ne porte pas en vain le glaive ; car il est le ministre de Dieu, pour exécuter sa vengeance en punissant celui qui fait le mal (Rom., XIII, 4); et ailleurs nous lisons : *Soyez soumis pour Dieu à toute créature humaine, soit au roi, comme au plus élevé, soit aux gouverneurs, comme étant envoyés par lui pour punir les méchants et récompenser les bons* (I. Petr., II, 13 et 14).

Ainsi se trouve réfutée l'erreur de ceux qui affirment que l'on ne doit pas infliger des peines corporelles, et qui veulent appuyer ce sentiment sur cette parole : *Vous ne tuerez point* (Exod., xx, 13).— Ils allèguent encore cet exemple rapporté dans l'Évangile, du maître répondant à ses serviteurs qui voulaient arracher l'ivraie du milieu du fro-

conservetur bonum commune. Vita autem quorundam pestiferorum impedit commune bonum, quod est concordia societatis humanæ. Subtrahendi igitur sunt hujusmodi homines per mortem ab hominum societate.

5° Præterea, Sicut medicus in sua operatione intendit sanitatem, quæ consistit in ordinata concordia humorum, ita rector civitatis intendit in sua operatione pacem, quæ consistit in civium ordinata concordia. Medicus autem abscindit membrum putridum bene et utiliter, si per ipsum imminet corruptio corporis. Justa igitur et absque peccato rector civitatis homines pestiferos occidit, ne pax civitatis turbetur.

Hinc est quod dicit Apostolus : *Nascitur quia modicum fermentum totam massam cor-*

rumpit (I. Cor., v, 6)? Et post pauca subdit : *Auferite malum ex vobis ipsis* (Ibid., 13); et dicitur de potestate terrena quod non sine causa gladium portat; *Dei enim minister est, vindex in fratre ei qui malum agit* (Rom., XIII, 4); et dicitur : *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive regi, quasi præcellentis, sive ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum* (I. Petr., II, 13 et 14).


On doit encore tenir compte d'une autre différence entre ces effets de la grâce. Quelques-uns sont nécessaires à l'homme pendant tout le cours de sa vie, parce que, sans eux, il lui est impossible d'arriver au salut ; tels sont les actes de foi, d'espérance et de charité ; et ces effets doivent être précédés de certaines perfections qui sont habituellement dans l'homme, afin qu'il puisse agir conformément à ces habitudes, dans les occasions qui le demandent. D'autres effets ne sont pas nécessaires durant la vie entière, mais dans des circonstances et des lieux donnés : par exemple, faire des miracles, annoncer l'avenir, et les autres dons analogues. Dieu ne donne pas des perfections habituelles pour produire ces effets, mais il exerce des impressions qui cessent avec l'acte, et qui doivent être réitérées, lorsqu'il est opportun que l'acte se réitère. C'est ainsi qu'à chaque révélation, les prophètes sont éclairés d'une

In præmissis autem gratiæ effectibus consideranda est quædam differentia. Nam, etsi omnibus gratiæ nomen competat, quia gratiæ absque præcedenti merito conferuntur, solus tamen dilectionis effectus ulterius nomen gratiæ meretur ex hoc quod gratum Deo facit; dicitur enim: *Ego diligentes me diligo* (Proverb., VIII, 17). Unde fides et spes et alia quæ ad fidem ordinantur possunt esse in peccatoribus, qui non sunt Deo grati; sola autem dilectio est proprium donum justorum, quia *qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo*, ut dicitur (I. Joann., IV, 16).

Est autem et alia differentia in prædictis effectibus gratiæ consideranda. Nam quidam eorum sunt ad totam vitam hominis

necessarii, utpote sine quibus salus esse non potest: sicut credere, sperare, diligere et præceptis Dei obedire; et ad hos effectus necesse est habituales quædam perfectiones hominibus inesse, ut secundum eas agere possint quum fuerit tempus. Alii vero effectus sunt necessarii, non per totam vitam, sed certis temporibus et locis, sicut facere miracula, prænuntiare futura et hujusmodi; et ad hos non dantur habituales perfectiones, sed impressiones quædam frunt a Deo, quæ cessant, actu cessante; et eas oportet iterari, quum actus iterari fuerit opportunum; sicut prophetæ, in qualibet revelatione, novo lumine illustrantur, et, in qualibet miraculorum operatione, oportet adesse novam efficaciam divinæ virtutis.

lumière nouvelle, et qu'une nouvelle action efficace de la puissance divine est nécessaire pour chaque opération miraculeuse.

CHAPITRE CLV.

L'homme a besoin d'un secours divin pour persévérer dans le bien.

L'homme a aussi besoin du secours de la grâce divine pour persévérer dans le bien. En effet :

1° Tout ce qui de soi est variable, ne peut être fixé dans un état quelconque, que par le secours d'un moteur immuable. Or, l'homme est variable et passe du mal au bien et du bien au mal. Donc un secours divin lui est nécessaire pour rester immuablement dans le bien, c'est-à-dire pour persévérer.

2° L'homme ne saurait se passer du secours de la grâce divine pour les choses qui excèdent les forces de son libre arbitra. Or, la force du libre arbitre ne s'étend pas jusqu'à un effet tel que la persévérance finale dans le bien. Nous le prouvons ainsi : La puissance du libre arbitre a dans son ressort les choses qui tombent sous l'élection. Or, l'objet de l'élection est un bien particulier réalisable par l'opération ; et le bien particulier réalisable par l'opération est ce qui existe actuellement. Donc ce qui tombe sous la puissance du libre arbitre est une chose que l'opération réalise actuellement. Or, la persévérance n'est pas une chose que l'opération peut réaliser actuellement, mais la continuation d'une opération pendant toute la durée du temps. Donc cet effet de la persévérance dans le bien excède la puissance du libre arbitre. Donc l'homme a besoin, pour persévérer dans le bien, du secours de la grâce divine.

CAPUT CLV.

Quod homo indiget divino auxilio ad perseverandum in bono.

Indiget etiam homo divine gratie auxilio ad hoc quod perseveret in bono.

1° Omne enim quod de se est variabile, ad hoc quod figatur in uno indiget auxilio alicujus moventis immobilis. Homo autem variabilis est, et de malo in bonum, et de bono in malum. Ad hoc igitur quod immobiliter perseveret in bono, quod est perseverare, indiget auxilio divino.

2° Adhuc, Ad illud quod excedit vires

liberi arbitrii indiget homo auxilio divine gratie. Sed virtus liberi arbitrii non se extendit ad hunc effectum qui est perseverare finaliter in bono. Quod sic patet : Potestas enim liberi arbitrii est respectu eorum que sub electione cadunt. Quod autem eligitur est aliquid particulare operabile ; particulare autem operabile est quod est hic et nunc. Quod igitur cadit sub potestate liberi arbitrii est aliquid ut nunc operandum. Perseverare autem non dicit aliquid ut nunc operabile, sed continuationem operationis per totum tempus. Iste igitur effectus, qui est perseverare in bono, est supra potestatem liberi arbitrii. Indiget igitur homo, ad perseve-

3° Quoique, par sa volonté et son libre arbitre, l'homme ait le domaine de ses actes, il n'est cependant pas le maître de ses puissances naturelles; et, par conséquent, bien qu'il soit libre de vouloir ou de ne pas vouloir une chose, lorsqu'il veut, il ne peut pas faire que sa volonté, en voulant un objet, s'attache immuablement à l'objet voulu et choisi par elle. Or, pour persévérer, il faut que la volonté demeure fixée immuablement dans le bien. Donc la persévérance ne dépend pas du libre arbitre. Donc le secours de la grâce divine est nécessaire à l'homme pour persévérer.

4° Quand plusieurs agents agissent successivement l'un après l'autre, nul d'entre eux ne peut être la cause de la continuité de leur action, puisqu'il n'en est aucun qui agisse toujours; elle ne peut pas venir non plus d'eux tous, puisqu'ils n'agissent pas simultanément. Par conséquent, il faut l'attribuer à un agent supérieur qui agit toujours, de même que le Philosophe prouve, dans sa *Physique*, qu'un être supérieur et éternel est cause que la génération se continue parmi les animaux (1). Supposons un homme qui persévère dans le bien. Il y a donc en lui une multitude de mouvements du libre arbitre qui tendent

(1) Quam semper esse motum oporteat et nullas ejus intercapedines fieri, esse quipiam primo movens perpetuum immobileque, aut unum, aut plura necesse est... Ut igitur alia generentur, alia corrumpantur, idque continuo sit, nihil eorum est causa que immobilia quidem sunt, tamen non semper sunt; neque rursus eorum que semper quidem hæc movent, alia vero alia movent. Perpetui enim atque continui nec unum ipsum est causa, nec universe; nam sic se quidam habere perpetuum ac necessarium est. Universa autem sunt infinita et non simul omnia sunt. Patet igitur, etsi infinitis nonnulla principia immobilia moventia et multa eorum que sæpè movent partim corrumpuntur, partim insuper generantur, atque hoc quidem hoc, aliud autem hoc movet, at nihilominus aliquid esse quod hæc omnia continet, idque præter unumquodque istorum aliud quid esse, quod quidem est causa ut alia sint, alia non sint, et mutationis continue; atque hoc quidem hæc, hæc autem cæteris motus causam esse. Si igitur motus perpetuus est, perpetuum erit et movens primum, si unum sit. Quod si sint plura, plura quoque perpetua erunt. Unum autem potius quam plura putandum est esse [Arist., *Phys.*, VIII, c. 6].

randum in bono, auxilio divine gratiæ.

3° Amplius, Licet homo per voluntatem et liberum arbitrium sit dominus sui actus, non tamen est dominus suarum naturalium potentiarum; et ideo, licet liber sit ad volendum vel ad non volendum aliquid, non tamen volendo facere potest quod voluntas, in eo quod vult, ad id quod vult vel eligit immobiliter se habeat. Hoc autem requiritur ad perseverantiam, ut scilicet voluntas in bono immobiliter permaneat. Perseverantia igitur non est in potestate liberi arbitrii. Oportet igitur adesse homini auxilium divine gratiæ ad hoc ut perseveret.

4° Præterea, Si sunt plura agentia successive, quorum scilicet unum agat post actionem alterius, continuitas actionis istorum non potest causari ex aliquo isto eorum, quia nullum eorum semper agit; nec ex omnibus, quia non simul agunt; unde oportet quod causetur ab aliquo superiori quod semper agat, sicut Philosophus probat, in octavo *Physicorum* (c. 6), quod continuitas generationis in animalibus causatur ab aliquo superiori sempiterno. Ponamus autem aliquem perseverantem in bono. In eo igitur sunt multi motus liberi arbitrii in bonum tendentes, sibi invicem succedentes

vers le bien et se succèdent les uns aux autres jusqu'à la fin. Donc aucun de ces mouvements ne peut être seul la cause de la continuation dans le bien, ou de la persévérance, puisqu'il ne dure pas toujours. Il en est de même de tous les mouvements réunis, puisque, n'existant pas simultanément, il leur est impossible de rien produire ensemble. Reste donc à dire que cette continuation est due à un principe supérieur. Donc l'homme a besoin du secours d'une grâce supérieure pour persévérer dans le bien.

5° Si plusieurs choses sont coordonnées en vue d'une fin, cet ordre entier, jusqu'à ce que leur fin soit atteinte, procède du premier agent qui les dirige vers cette fin. Or, il y a dans l'homme qui persévère dans le bien beaucoup de mouvements et d'actions qui conduisent à une fin unique. Donc tout l'ordre de ces mouvements et de ces actions doit avoir pour cause le premier principe qui les dirige vers la fin. Or, nous l'avons prouvé (ch. 147), c'est le secours de la grâce divine qui les dirige vers leur fin dernière. Donc le secours de la grâce divine est la cause de tout l'ordre et de la continuation des bonnes œuvres dans celui qui persévère dans le bien.

C'est pourquoi il est dit : *Celui qui a commencé le bien en vous le perfectionnera jusqu'au jour de Jésus-Christ* (Philipp., 1, 6); *Après que nous aurons un peu souffert, le Dieu de toute grâce, qui nous a appelés en Jésus-Christ à sa gloire éternelle, nous perfectionnera, nous fortifiera et nous affermera* (I. Petr., v, 10). — Nous trouvons aussi dans la Sainte-Écriture un grand nombre de prières adressées à Dieu pour lui demander la persévérance. Telle est celle-ci du Psalmiste : *Affermissez mes pas dans vos voies, afin que je ne sois point ébranlé dans mes démarches* (Ps. xvi, 6);

usque ad finem. Hujus igitur continuationis boni, quod est perseverantia, non potest esse causa aliquis istorum motuum, quia nullus eorum semper durat; nec omnes simul, quia, quum non simul sint, non possunt simul aliquid causare. Relinquitur ergo quod ista continuatio causetur ab aliquo superiori. Indiget igitur homo auxilio superioris gratiæ ad perseverandum in bono.

5° Item, Si sunt multa ordinata ad unum finem, totus ordo eorum, quousque pervenerint ad finem, est a primo agente dirigente in finem. In eo autem qui perseverat in bono sunt multi motus et multæ actiones pertingentes ad unum finem. Oportet igitur quod totus ordo istorum motuum et actionum causetur a primo dirigente in

finem. Ostensum est autem (c. 147) quod per auxilium divinæ gratiæ diriguntur in ultimum finem. Igitur per auxilium divinæ gratiæ est totus ordo et continuatio bonorum operum in eo qui perseverat in bono.

Hinc est quod dicitur : *Qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Jesu Christi* (Philipp., 1, 6); et : *Deus omnia gratiæ, qui vocavit nos in æternam gloriam suam in Christo Jesu, modicum passus ipse perficiet, confirmabit solidabitque* (I. Petr., v, 10). — Inveniuntur etiam in sacra Scriptura multæ orationes quibus a Deo petitur perseverantia; sicut in Psalmista : *Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea* (Psalm. xvi, 6); et : *Jesus Christus, et Deus et Pater noster... , corroboretur corda vestra et confirmet in omni opere et sermone*

et cette autre : *Que Jésus-Christ et Dieu, qui est notre Père,.. excite vos cœurs et vous affermisse dans toutes sortes de bonnes œuvres et dans la bonne doctrine* (II. Thessal., II, 15 et 16). Nous demandons la même chose dans l'*Oraison dominicale*, surtout quand nous disons : *Que votre règne arrive*; car le règne de Dieu n'arrivera pas pour nous si nous ne perséverons pas dans le bien. Or, il serait dérisoire de demander à Dieu une chose qu'il ne donnerait pas lui-même. Donc la persévérance de l'homme vient de Dieu.

Ceci renverse l'erreur des Pélagiens, qui enseignèrent que le libre arbitre suffit à l'homme pour persévérer dans le bien et qu'il n'a pas besoin pour cela du secours de la grâce.

Il faut observer, cependant, que, puisque celui qui a la grâce demande à Dieu de persévérer dans le bien, de même que le libre arbitre est insuffisant pour produire cet effet de la persévérance dans le bien sans un secours extérieur de Dieu, de même une habitude infuse en nous ne suffit pas non plus. En effet, dans la condition où nous sommes durant la vie présente, les habitudes divinement infuses en nous ne détruisent pas complètement la mobilité qui porte le libre arbitre au mal, quoiqu'elles l'affermissent en quelque manière dans le bien. Par conséquent, lorsque nous affirmons que l'homme a besoin du secours de la grâce pour la persévérance finale, nous n'entendons pas que, pour le faire persévérer, une autre grâce infuse est ajoutée à la grâce habituelle, dont il a reçu en premier lieu l'infusion pour pratiquer le bien; mais nous voulons dire que quand l'homme possède toutes les grâces habituelles, il lui faut de plus un secours de la Providence divine qui le gouverne extérieurement.

bono [II. Thessal., II, 15 et 16]. Hoc etiam ipsum in oratione dominica petitur, maxime quum dicitur : *Adveniat regnum tuum* (Matth., VI, 10); non enim nobis adveniet regnum Dei, nisi in bono fuerimus perseverantes. Derisorium autem esset aliquid a Deo petere cujus ipse dator non esset. Est igitur perseverantia hominis a Deo.

Per hoc autem excluditur error Pelagianorum, qui dixerunt quod, ad perseverandum in bono, sufficit homini liberum arbitrium, nec ad hoc indiget auxilio gratiæ.

Sciendum tamen est quod, quum ille qui gratiam habet petat a Deo ut perseveret in bono, sicut liberum arbitrium non sufficit ad istum effectum, qui est perseverare in

bono, sine exteriori Dei auxilio, ita nec ad hoc sufficit aliquis habitus nobis infusus. Habitus enim qui nobis infunduntur divinitus, secundum statum præsentis vitæ, non auferunt a libero arbitrio totaliter mobilitatem ad malum, licet per eos liberum arbitrium aliquid stabiliat in bono. Et ideo, quum dicimus hominem indigere, ad perseverandum finaliter, auxilio gratiæ, non intelligimus quod, super gratiam habitualem prius infusam ad bene operandum, alia desuper infundatur ad perseverandum; sed intelligimus quod, habitibus omnibus habitibus gratiæ, adhuc indiget homo divini Providentiæ auxilio exterius gubernantis.

CHAPITRE CLVI.

L'homme déchu de la grâce par le péché peut être rétabli dans cet état par la grâce.

On voit par là que le secours de la grâce peut rétablir l'homme dans le bien, lors même qu'il ne persévère pas, mais qu'il tombe dans le péché. En effet :

1° Il appartient à la même puissance de continuer le salut de quelqu'un et de le réparer lorsqu'il a été interrompu ; car, de même qu'une vertu naturelle conserve la santé dans le corps, cette vertu naturelle la rétablit quand elle souffre une interruption. Or, nous avons prouvé que l'homme persévère dans le bien par le secours de la grâce divine (ch. 153). Donc si le péché l'a fait tomber, il pourra se relever avec le secours de la même grâce.

2° L'agent qui n'a pas besoin que son sujet soit dans telle disposition, peut produire en lui son effet, de quelque manière que le sujet soit disposé ; et, pour cette raison, Dieu, qui n'a nul besoin pour agir d'un sujet préparé, peut, indépendamment de toute disposition du sujet, le revêtir d'une forme naturelle : par exemple, lorsqu'il éclaire un aveugle, qu'il ressuscite un mort, et ainsi des autres opérations analogues. Or, de même qu'il n'exige aucune disposition naturelle dans un sujet corporel, de même aussi il n'exige aucun mérite dans la volonté pour conférer la grâce, puisqu'elle est donnée sans être méritée (ch. 149). Donc Dieu peut donner à quelqu'un la grâce qui rend agréable et qui efface les péchés, même après sa déchéance de la grâce par le péché.

CAPUT CLVI.

Quod ille qui decidit a gratia per peccatum potest iterum per gratiam reparari.

Ex his autem apparet quod per auxilium gratiæ homo, etiam si non perseveraverit, sed in peccatum ceciderit, potest reparari ad bonum.

1° Eiusdem enim virtutis est continuare salutem alicujus et interruptam reparare ; sicut enim per virtutem naturalem continuatur sanitas in corpore, ita per eandem virtutem naturalem sanitas interrupta reparatur. Homo autem perseverat in bono, auxilio divini gratiæ, ut (c. 153) ostensum

est. Igitur, si per peccatum lapsus fuerit, ejusdem gratiæ auxilio poterit reparari.

2° Adhuc, Agens quod non requirit dispositionem in subjecto potest suum effectum imprimere in subjectum qualitercumque dispositum ; et propter hoc Deus, qui in agendo non requirit subjectum dispositum, potest absque dispositione subjecti formam naturalem inducere, utpote dum eorum illuminat et mortuum vivificat, et sic de similibus. Sed, sicut non requirit dispositionem naturalem in subjecto corporeo, ita non requirit meritum in voluntate ad gratiam conferendam, quia sine meritis datur, ut ostensum est (c. 149). Ergo gratiam gratum facientem, per quam

3° Les choses dont la génération met l'homme en possession, comme ses puissances naturelles et ses membres, sont les seules qu'il ne saurait recouvrer quand il les a perdues, parce qu'il ne peut être engendré de nouveau. Or, le secours de la grâce est donné à l'homme, non par la génération, mais après la génération. Donc après que le péché l'a privé de la grâce, il peut encore être renouvelé de manière que ses péchés soient effacés.

4° Il a été démontré que la grâce est une sorte de disposition habituelle de l'âme (ch. 150). Or, si les habitudes acquises par les actes viennent à se perdre, on peut les acquérir de nouveau par les mêmes actes qui ont déjà produit ce résultat. Donc, à plus forte raison, si nous perdons la grâce qui nous unit à Dieu et nous délivre du péché, l'opération divine peut nous la rendre.

5° Rien n'est inutile dans les œuvres de Dieu, pas plus que dans les œuvres de la nature; car la nature tient cette propriété de Dieu. Or, un être serait mû en vain, s'il ne pouvait pas parvenir au terme de son mouvement. Il est donc nécessaire que tout être qui se porte, en vertu de sa nature, vers une fin, ait la possibilité d'y atteindre. Or, après que l'homme est tombé dans le péché, il conserve pendant toute la durée de cette vie l'aptitude de se porter vers le bien; et nous en avons la preuve dans le désir du bien et dans la douleur du mal, qui persévèrent en lui après le péché. Donc l'homme peut encore retourner au bien après son péché; et c'est la grâce qui opère cela en lui.

6° Il n'y a dans la nature aucune puissance passive qu'une puissance

peccata tolluntur, Deus alicui conferre potest, etiam postquam a gratia cecidit per peccatum.

3° Amplius, Ea sola homo recuperare amissa non potest quæ per generationem ei adveniunt, sicut potentias naturales et membra, eo quod homo non potest iterum generari. Auxilium autem gratiæ datur homini, non per generationem, sed postquam jam est. Potest igitur, post amissionem gratiæ per peccatum, iterum reparari ad peccata delenda.

4° Item, Gratia est quedam habitualis dispositio in anima, ut ostensum est (c. 150). Sed habitus acquisiti per actus, si amittantur, possunt iterum reacquiri per actus per quos acquisiti sunt. Multo igitur magis gratia Deo conjungens et a peccato liberans, si amittatur, divina operatione reparari potest.

5° Præterea, In operibus Dei non est

aliquid frustra, sicut nec in operibus naturæ; hoc enim et natura habet a Deo. Frustra autem aliquid moveretur, nisi posset pervenire ad finem motus. Necessarium est ergo quod id quod natum est moveatur ad aliquem finem sit possibile venire in illum finem. Sed homo, postquam in peccatum cecidit, quamdiu status hujus vite durat, remanet in eo aptitudo ut moveatur ad bonum; cujus signa sunt desiderium de bono et dolor de malo, quæ adhuc in homine remanent post peccatum. Est igitur possibile hominem post peccatum iterum redire ad bonum; quod gratia in homine operatur.

6° Amplius, Nulla potentia passiva invenitur in rerum natura quæ non possit reduci in actum per aliquam potentiam activam naturalem. Multo igitur minus est aliqua potentia in anima humana quæ non sit reducibilis in actum per potentiam acti-

active naturelle ne puisse pas amener à l'acte. Il se trouve donc beaucoup moins encore dans l'âme humaine de puissance qui ne puisse pas être amenée à l'acte par une puissance active divine. Or, il reste dans l'âme humaine, même après le péché, une puissance pour le bien, parce que le péché ne détruit pas les puissances naturelles qui disposent l'âme à son bien propre. Donc la puissance de Dieu peut la rétablir dans le bien, et, par conséquent, il est possible à l'homme d'obtenir la rémission de ses péchés avec le secours de la grâce.

De là ces paroles : *Quand vos péchés seraient comme l'écarlate, ils deviendront blancs comme la neige* (Is., 1, 18); *La charité couvre toutes les fautes* (Prov., 10, 12). Et ce n'est pas en vain que nous demandons à Dieu chaque jour la même chose, en disant : *Remettez-nous nos dettes* (Matth., 6, 12).

Par là se trouve réfutée l'erreur des Novatiens, qui disaient que l'homme ne peut pas obtenir le pardon des péchés commis après le Baptême (1).

CHAPITRE CLVII.

L'homme ne peut être délivré du péché que par la grâce.

Il est facile d'établir par les mêmes raisons que l'homme en état de péché mortel ne peut ressusciter que par la grâce. En effet :

1° Le péché mortel détourne l'homme de sa fin dernière. Or, l'homme n'est mis en rapport avec sa fin dernière que par la grâce. Donc par la grâce seule il peut ressusciter de l'état du péché.

(1) Cathari, qui se ipsos isto nomine, quasi propter munditiam, superbissime atque odiosissime nominant, secundas nuptias non admittunt, pœnitentiam denegant, Novatum sectantes hæreticum; unde etiam Novatiani appellantur (S. Aug., *De hæresibus*, c. 38).

vain divinam. Manet autem in anima humana, etiam post peccatum, potentia ad bonum, quia per peccatum non tolluntur potentie naturales quibus anima ordinatur ad suum bonum. Potest igitur per divinam potentiam reparari in bono, et sic auxilio gratiæ homo potest consequi remissionem peccatorum.

Hinc est quod dicitur : *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur* (Is., 1, 18); et : *Unicuique delicta operit charitas* (Proverb., 10, 12). Hoc etiam quotidie a Domino non frustra petimus, dicentes : *Dimitte nobis debita nostra* (Matth., 6, 12).

Per hoc autem excluditur error Novatianorum, qui dixerunt quod de peccatis quibus post Baptismum peccat homo veniam consequi non potest.

CAPUT CLVII.

Quod homo a peccato liberari non potest nisi per gratiam.

Ex eisdem etiam ostendi potest quod homo a peccato mortali resurgere non potest, nisi per gratiam.

2° L'amour seul fait disparaître l'inimitié. Or, en commettant le péché mortel, l'homme encourt l'inimitié de Dieu ; car nous disons que Dieu hait les pécheurs, en ce sens qu'il veut les priver de la fin dernière préparée à ceux qu'il aime. Donc l'homme qui est en état de péché mortel ne peut ressusciter que par la grâce, au moyen de laquelle une sorte d'amitié s'établit entre Dieu et l'homme.

3° On peut encore apporter ici les raisons données plus haut (ch. 147) pour prouver la nécessité de la grâce.

Aussi est-il dit : *C'est moi-même qui efface vos iniquités à cause de moi* (Is., XLIII, 25) ; *Vous avez pardonné l'iniquité de votre peuple ; vous avez couvert tous ses péchés* (Ps. LXXXIV, 3).

Nous détruisons ainsi l'erreur des Pélagiens, qui prétendaient que l'homme peut sortir du péché à l'aide du libre arbitre.

CHAPITRE CLVIII.

Comment l'homme est délivré du péché.

1° Puisque l'homme ne peut pas revenir à l'un des deux états opposés sans sortir de l'autre, pour rentrer avec l'aide de la grâce dans l'état de justice, il doit nécessairement renoncer au péché, qui l'avait mis hors de la justice. De plus, dès lors que l'homme se dirige vers sa fin et s'en détourne principalement par sa volonté, il faut qu'il renonce au péché, non-seulement dans ses actes extérieurs, en cessant de le commettre, mais encore par sa volonté, s'il veut sortir de l'état du pé-

1° Per peccatum enim mortale homo ab ultimo fine avertitur. In ultimum autem finem homo non ordinatur nisi per gratiam. Per solam igitur gratiam homo potest a peccato resurgere.

2° Adhuc, Offensa nonnisi per dilectionem tollitur. Sed per peccatum mortale homo offensam Dei incurrit ; dicitur enim quod Deus peccatores odit, in quantum vult eos privare ultimo fine quem his quos diligit præparat. Non ergo homo potest a mortali peccato resurgere, nisi per gratiam, per quam fit quedam amicitia inter Deum et hominem.

3° Adhuc etiam induci possunt omnes rationes superius (c. 147) positæ de gratiæ necessitate.

Hinc est quod dicitur : *Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me* [Isai.,

XLIII, 25) ; et : *Remisisti iniquitatem plebis tuæ ; operuisti omnia peccata eorum* (Psalm. LXXXIV, 3).

Per hoc autem excluditur error Pelagianorum, qui dixerunt hominem posse a peccato resurgere per liberum arbitrium.

CAPUT CLVIII.

Qualiter homo a peccato liberatur.

1° Quia vero homo non potest ad unum oppositorum redire nisi recedat ab alio, ad hoc quod homo auxilio gratiæ ad statum rectitudinis redeat, necessarium est quod a peccato, per quod a rectitudine declinaverat, recedat. Et, quia homo in ultimum finem dirigitur et ab eo avertitur præcipue

ché par la grâce. Or, l'homme renonce au péché par sa volonté, lorsqu'il se repent du péché passé et qu'il se propose de l'éviter à l'avenir. Il est donc nécessaire qu'en sortant de l'état du péché, l'homme se repente du péché passé et se propose de l'éviter à l'avenir. En effet, s'il ne se proposait pas de s'abstenir du péché, le péché ne serait pas par lui-même contraire à sa volonté; et s'il voulait s'en abstenir sans avoir regret du péché passé, ce même péché qu'il a commis ne serait pas non plus contraire à sa volonté. Or, le mouvement qui éloigne d'un point est contraire au mouvement qui y conduit : par exemple, blanchir et noircir sont deux actions contraires. Donc la volonté doit se retirer du péché par des moyens contraires à ceux qui l'ont inclinée au péché. Or, son inclination au péché est venue du désir et de la délectation que lui ont fait éprouver les êtres inférieurs. Il faut donc qu'elle soit éloignée du péché par quelques punitions qui l'affligent, précisément parce qu'elle a commis le péché; car, de même que la délectation a entraîné la volonté à consentir au péché, les châtimens la confirment dans la haine du péché.

2° Nous voyons que la douleur des coups fait abandonner aux brutes elles-mêmes leurs plus grandes jouissances. Or, celui qui sort de l'état du péché ne doit pas seulement détester le péché passé, mais encore l'éviter à l'avenir. Il est donc convenable qu'il soit affligé pour son péché, afin d'être affermi par là dans la résolution de l'éviter.

3° Nous aimons davantage et nous conservons avec plus de soin les choses que nous avons acquises au prix d'un labeur pénible; aussi

per voluntatem, non solum necessarium est quod homo exteriori actu a peccato recedat, peccare desinens, sed etiam quod recedat voluntate, ad hoc quod per gratiam a peccato resurgat. Voluntate autem homo a peccato recedit dum et de præterito poenitet et futurum vitare proponit. Necessarium est igitur quod homo a peccato resurgens et de peccato præterito poeniteat et futura vitare proponat. Si enim homo non proponeret desistere a peccato, non esset peccatum secundum se contrarium voluntati; si vero vellet desistere a peccato, non tamen doleret de peccato præterito, non esset illud idem peccatum quod fecit contrarium voluntati. Est autem contrarius motus quo ab aliquo receditur motui quo ad illud pervenitur, sicut dealbatio contraria est denigrati. Unde oportet quod per contraria voluntas recedat a peccato

his per quæ in peccatum inclinata fuit. Fuit autem inclinata in peccatum per appetitum et delectationem circa res inferiores. Oportet igitur quod a peccato recedat per aliqua poenalia, quibus affligatur propter hoc quod peccavit; sicut enim per delectationem tracta fuit voluntas ad consensum peccati, sic per poenas confirmatur in abominatione peccati.

2° Item, Videmus quod etiam bruta animalia a maximis voluptatibus retrahuntur per dolores verberum. Oportet autem eum qui de peccato resurgit non solum detestari peccatum præteritum, sed etiam vitare futurum. Est igitur conveniens ut affligatur pro peccato, ut sic magis confirmetur in proposito vitandi peccata.

3° Præterea, Ea quæ cum labore et poena acquirimus magis amamus et diligentius conservamus; unde illi qui per proprium

ceux qui amassent des richesses par leur propre travail dépensent moins que ceux à qui elles viennent sans travail, soit de leurs parents, ou de toute autre manière. Or, le plus nécessaire pour l'homme qui sort du péché, c'est de conserver avec soin l'état de grâce et l'amour de Dieu qu'il a eu la négligence de perdre en péchant. Donc il convient qu'il soit assujetti au travail et à la peine pour les péchés commis.

4^o L'ordre de la justice exige qu'un châtement soit infligé au péché. Or, la sagesse de Dieu qui gouverne le monde paraît en ce que l'ordre s'y conserve. La punition du péché contribue donc à manifester la bonté divine et la gloire de Dieu. Or, par son péché, le pécheur agit contrairement à l'ordre divinement institué, en transgressant les lois de Dieu. Il convient donc qu'en se châtant lui-même il offre une compensation pour le péché qu'il a commis précédemment; car, par ce moyen, il se retirera complètement du désordre.

Ceci prouve qu'après avoir obtenu la rémission de son péché par la grâce, et lorsqu'il est rétabli dans l'état de grâce, l'homme reste tenu, en vertu de la justice de Dieu, de subir une peine pour le péché qu'il a commis. S'il s'impose cette peine de sa propre volonté, nous disons qu'il satisfait à Dieu, en tant que par la punition qu'il s'inflige à cause de son péché, il suit l'ordre divinement établi, dont il était sorti en péchant et en suivant sa propre volonté. Si, au contraire, il ne s'impose pas lui-même cette peine, comme les êtres qui dépendent de la divine Providence ne sauraient rester dans le désordre, Dieu la lui infligera; et, dans ce cas, nous ne considérons pas cette peine comme satisfaisante, puisque le sujet qui la souffre ne l'a pas choisie,

laborem acquirunt pecunias minus eas expendunt quam qui sine labore accipiunt, vel a parentibus, vel quocumque alio modo. Sed homini resurgenti a peccato hoc maxime necessarium est, ut statum gratiæ et Dei amorem diligenter conservet, quem negligenter per peccatum amisit. Est ergo conveniens ut laborem et poenam sustineat pro peccatis commissis.

4^o Adhuc, Ordo justitiæ hoc requirit, ut peccato poena reddatur. Ex hoc autem quod ordo servatur in rebus, sapientia Dei gubernantis apparet. Pertinet igitur ad manifestationem divini bonitatis et Dei gloriam quod pro peccato poena reddatur. Sed peccator peccando contra ordinem divinitus institutum facit, leges Dei prætergrediendo. Est igitur conveniens ut hoc recompenset in seipso puniendo quod prius peccaverat;

sic enim totaliter extra inordinationem constituetur.

Per hoc ergo patet quod, postquam homo per gratiam remissionem peccati consecutus est et ad statum gratiæ reductus, remanet obligatus ex Dei justitia ad aliquam poenam pro peccato commisso. Quamquidem poenam si propria voluntate a se exegerit, per hoc Deo satisfacere dicitur, in quantum cum labore et poena ordinem divinitus institutum exsequitur, pro peccato se puniendo, quem peccando transgressus fuerat, propriam voluntatem sequendo. Si autem a se hanc poenam non exigit, quum ea quæ divini Providentiæ subjacent inordinata remanere non possint, hæc poena infligetur ei a Deo; nec talis poena satisfactoria dicitur, quum non fuerit ex electione patientis, sed dicitur purgatoria, quia alio puniente

mais comme purgative, parce qu'il est en quelque manière purifié par un autre qui le punit, dès lors que tout ce qu'il y avait en lui de désordonné se trouve ramené à l'ordre voulu. C'est ce qui fait dire à l'Apôtre : *Si nous nous jugions nous-mêmes, nous ne serions point jugés. Mais lorsque nous sommes jugés, le Seigneur nous châtie, afin que nous ne soyons pas condamnés avec ce monde* (I. Cor., 31 et 32).

Il faut pourtant observer que quand l'âme prend le péché en aversion, elle peut en ressentir un si vif déplaisir, et s'attacher si fortement à Dieu que, l'obligation de souffrir ne subsistera plus. En effet, on peut voir d'après ce qui précède que la punition que l'on subit après la rémission du péché est nécessaire pour que l'âme s'attache plus fortement au bien par là même que l'homme est châtié par ce moyen ; car les punitions sont en quelque sorte des remèdes, et aussi afin que l'ordre de la justice soit observé, en tant que le pécheur est puni. Or, l'amour de Dieu suffit pour affermir l'âme de l'homme dans le bien, surtout si cet amour est ardent, et lorsque le déplaisir que fait éprouver une faute passée est très vif, il cause une grande douleur. L'amour de Dieu et la haine du péché, quand ils sont intenses, suppriment donc la nécessité d'une peine satisfaisante ou purgative ; et s'ils ne sont pas assez intenses pour dispenser complètement de la peine, néanmoins la peine exigée sera réduite en proportion de ce qu'ils croîtront en intensité.

Nous paraissions faire nous-mêmes ce que nous faisons par l'intermédiaire de nos amis, parce que l'amitié, et par-dessus tout l'amour de charité, réunit deux personnes en une seule par l'affection, et, par conséquent, de même qu'on peut satisfaire à Dieu par soi-même, on

quasi purgabitur, dum quidquid inordinatum fuit in eo ad debitum ordinem reduceretur. Hinc est quod Apostolus dicit : *Si nosmetipsos judicaremur, non utique judicaremur. Dum judicamur autem, a Domino corripiamur, ut non cum hoc mundo damnemur* (I. Cor., XI, 31 et 32).

Considerandum tamen quod, quum mens a peccato avertitur, tam vehemens potest esse peccati displicentia et inhasio mentis ad Deum, quod non remanebit obligatio ad aliquam pœnam. Nam, ut ex prædictis colligi potest, pœna quam quis patitur post peccati remissionem ad hoc necessaria est ut mens firmiter bono inhæreat, homine per pœnas castigato ; pœnæ enim medicinæ quædam sunt, et ut etiam ordo justitiæ ser-

vetur, dum qui peccavit sustinet pœnam. Dilectio autem ad Deum sufficit mentem hominis firmare in bono, præcipue si vehemens fuerit ; displicentia autem culpæ præteritæ, quum fuerit intensa, magnum affert dolorem. Unde per vehementiam dilectionis Dei et odii peccati præteriti excluditur necessitas satisfactoriæ vel purgatoriæ pœnæ ; et, si non sit tanta vehementia quod totaliter pœnam excludat, tamen, quanto vehementior fuerit, tanto minus de pœna sufficiet.

Quod vero per amicos facimus per nos ipsos facere videmur, quia amicitia ex duobus facit unum per affectum, et præcipue dilectio charitatis ; et ideo, sicut per seipsum, ita et per alium potest aliquis

le peut aussi par un autre, surtout lorsque cela devient nécessaire; car en voyant souffrir pour nous un ami, il nous semble que c'est comme si nous souffrions nous-mêmes; et ainsi on n'est pas exempt de souffrance lorsque l'on compatit à un ami qui souffre, et on lui compatit d'autant plus qu'on est la cause de sa souffrance. — De plus, l'affection de la charité, dans celui qui souffre pour son ami, rend la satisfaction plus agréable à Dieu que s'il souffrait pour lui-même; car, dans le premier cas, elle vient d'une charité empressée, et dans le second, elle est due à la nécessité. D'où nous concluons qu'une personne peut satisfaire pour une autre, pourvu qu'elles aient toutes les deux la charité. C'est pourquoi l'Apôtre nous dit : *Portez les fardeaux les uns des autres, et vous accomplirez ainsi la loi de Jésus-Christ* (Galat., vi, 2).

CHAPITRE CLIX.

Quoique l'homme ne puisse pas se convertir à Dieu sans la grâce, s'il ne le fait pas, on le lui impute raisonnablement.

Parce que, ainsi qu'il résulte des démonstrations précédentes (ch. 147), personne ne peut être dirigé vers sa fin dernière que par le secours de la grâce divine, sans laquelle même il est impossible d'avoir tout ce qui est nécessaire pour tendre à cette fin, comme la foi, l'espérance, la charité et la persévérance (ch. 151-155), on pourrait croire que si l'homme manque de ces choses, on ne doit pas le lui imputer, en considérant surtout qu'il ne saurait mériter le secours de la grâce divine, ni se convertir à Dieu, à moins que Dieu ne le conver-

satisfacere Deo, præcipue quum necessitas fuerit; nam et penam quam amicus propter ipsum patitur reputat aliquis ac si ipse pateretur; et sic poena ei non deest dum patientiam amico compatitur, et tanto amplius quanto ipse est ei causa patiendi. — Et iterum affectio charitatis in eo qui pro amico patitur facit magis satisfactionem Deo acceptam quam si pro se pateretur; hoc enim est promptæ charitatis, illud autem est necessitatis. Ex quo accipitur quod unus pro alio satisfacere potest, dummodo uterque in charitate fuerit. Hinc est quod Apostolus dicit: *Alter alterius onera portatis, et sic adimplebitis legem Christi* (Galat., vi, 2).

CAPUT CLIX,

Quod rationabiliter homini imputatur et ad Deum non convertatur, quomodo hoc sine gratia non possit.

Quum autem, sicut ex præmissis (c. 147) habetur, in finem ultimum aliquis dirigi non possit, nisi auxilio divinæ gratiæ, sine qua etiam nullus potest habere ea quæ sunt necessaria ad tendendum in ultimum finem, sicut est fides, spes, dilectio et perseverantia (c. 151-155), potest alicui videri quod non sit homini imputandum si prædictis careat, præcipue quum auxilium divinæ gratiæ mereri non possit, nec ad Deum

time; car on ne rend personne responsable de ce qui dépend d'un autre.

Si nous accordons cela, il en découle évidemment plusieurs conséquences qu'il répugne d'admettre. Il s'ensuit d'abord que celui qui n'a ni la foi, ni l'espérance, ni l'amour de Dieu, ni la persévérance dans le bien, n'est digne d'aucun châtement, bien qu'il soit dit expressément : *Quiconque ne croit pas au Fils ne verra pas la vie; mais la colère de Dieu demeure sur lui* (Joann., III, 36). — De plus, dès lors que personne n'arrive à la fin de la béatitude sans être dans ces conditions, il résulte de là, en second lieu, qu'il est des hommes qui n'obtiendront pas la béatitude et que Dieu ne fera pas souffrir, contrairement à ce que prouve le passage de l'Évangile où il est dit que tous ceux qui seront présents au jugement de Dieu entendront ces paroles : *Venez..., entrez en possession du royaume qui vous est préparé; ou bien celles-ci : Retirez-vous... dans le feu éternel* (Matth., XIV, 34 et 41).

Pour résoudre cette difficulté, il faut considérer que bien que personne ne puisse ni mériter, ni obtenir la grâce divine par le mouvement de son libre arbitre, on peut cependant s'empêcher soi-même de la recevoir; car il est écrit de certains hommes : *Ils ont dit à Dieu : Eloignez-vous de nous, nous ne voulons pas connaître vos voies* (Job. XXI, 44), et plus loin : *Ils ont été rebelles à la lumière* (Ibid., XXIV, 43). Et puisqu'il est au pouvoir du libre arbitre d'empêcher ou de ne pas empêcher que nous recevions la grâce divine, ce n'est pas à tort que l'on regarde comme coupable celui qui met obstacle à la réception de la grâce; car Dieu, pour ce qui le regarde, est prêt à donner à tous sa

converti, nisi Deus eum convertat; nulli enim imputatur quod ab alio dependet.

Quod si hoc concedatur, plura inconvenientia consequi manifestum est. Sequetur enim quod ille qui fidem non habet, nec spem, nec dilectionem Dei, nec perseverantiam in bono, non sit pœna dignus, quum expresse dicatur : *Qui incredulus est Filio non videbit vitam; sed ira Dei manet super eum* (Joann., III, 36). — Et, quum nullus ad beatitudinis finem sine præmissis perveniat, sequetur ulterius quod aliqui homines sint qui nec beatitudinem consequantur, nec pœnam patiantur a Deo; cujus contrarium ostenditur ex eo quod dicitur quod omnibus in divino judicio existentibus dicitur : *Venite..., possidete paratum vobis regnum; vel : Discedite... in ignem æternum* (Matth., XIV, 34 et 41).

Ad hujus dubitationis solutionem considerandum est quod, licet aliquis per motum liberi arbitrii divinam gratiam nec promereri nec acquirere possit, potest tamen seipsum impedire ne eam recipiat; dicitur enim de quibusdam : *Dixerunt Deo : Recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus* (Job, XXI, 14); et : *Ipsi fuerunt rebelles luminis* (Ibid., XXIV, 43). Et quum hoc sit in potestate liberi arbitrii, impedire divinæ gratiæ receptionem vel non impedire, non immerito in culpam imputatur ei qui impedimentum præstat gratiæ receptioni; Deus enim, quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare; omnes enim homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, ut dicitur (I. Tim., II, 4). Sed illi soli gratia privantur qui in seipsis gratiæ impedimentum præstant; sicut, sole mundum

grâce, par la raison qu'il veut que tous les hommes soient sauvés et arrivent à la connaissance de la vérité (I. Tim., II, 4). Mais ceux-là seulement sont privés de la grâce, qui mettent en eux-mêmes obstacle à la grâce; de même que, quand le soleil éclaire le monde, c'est la faute de celui qui ferme les yeux, s'il en souffre, quoiqu'il ne puisse pas voir tant que la lumière du soleil n'a pas déjà paru.

CHAPITRE CLX.

L'homme qui est en état de péché ne peut pas éviter le péché sans la grâce.

Ce que nous venons de dire, qu'il est au pouvoir du libre arbitre de ne pas mettre obstacle à la grâce, est vrai pour ceux en qui la puissance naturelle est intacte. Si, par un désordre précédent, elle a été inclinée au mal, elle n'aura plus entièrement le pouvoir de ne pas mettre obstacle à la grâce; car, bien que, pour un moment, elle puisse s'abstenir par sa propre faculté de tel acte particulier, qui est un péché, si elle reste longtemps abandonnée à elle-même, elle tombera dans le péché, qui fait un obstacle à la grâce. En effet :

1° Il est évident qu'en sortant de l'état de justice l'âme humaine est sortie en même temps de l'ordre qui conduit à sa fin légitime. Donc l'âme aime moins l'objet qui devrait avoir la première place dans son affection, en sa qualité de fin dernière, que celui auquel elle s'attache désordonnément, comme à une fin dernière. Donc, toutes les fois qu'il se présentera quelque chose qui se rapporte à cette fin désordonnée, et qui est contraire à la fin légitime, l'âme en fera choix, à moins qu'elle ne soit ramenée à l'ordre voulu, de manière à préférer

illuminante, in culpam imputatur ei qui oculos claudit si ex hoc aliquid malum sequatur, licet videre non possit nisi lumine solis præveniatur.

CAPUT CLX.

Quod homo in peccato existens sine gratia peccatum vitare non potest.

Quod autem dictum est, in potestate liberi arbitrii esse ne impedimentum gratiæ præset, competit his in quibus naturalis potentia integra fuerit. Si autem, per inordinationem præcedentem, declinaverit ad malum, non erit omnino in potestate ejus

nullum impedimentum gratiæ præstare; etiam enim ad aliquod momentum ab aliquo peccati actu particulari possit abstinere propria potestate, si tamen diu sibi relinquitur, in peccatum cadet, per quod gratiæ impedimentum præstatur.

1° Quam enim mens hominis a statu rectitudinis declinaverit, manifestum est quod recessit ab ordine debiti finis. Illud igitur quod deberet esse in affectu præcipuum, tanquam ultimus finis, efficitur minus dilectum illo ad quod mens inordinate conversa est, sicut in ultimum finem. Quando cumque igitur occurrerit aliquid conveniens inordinato fini, repugnans fini debito, eligitur, nisi reducat ad debitum ordinem, ut finem debitum omnibus præferat; quod est

à tout le reste la fin légitime ; ce qui est un effet de la grâce. Or, quand un objet contraire à la fin dernière est choisi, c'est un obstacle pour la grâce, qui dirige vers la fin ; ce qui prouve évidemment qu'après avoir péché, l'homme est incapable de s'abstenir de tout péché, si la grâce ne l'a ramené tout d'abord à l'ordre qu'il doit garder.

2° Lorsque l'âme est inclinée vers un objet, elle n'est plus dans une disposition égale pour les deux termes opposés, mais elle se porte davantage vers celui pour lequel elle a de l'inclination. Or, l'âme choisit l'objet qu'elle préfère, à moins qu'elle n'en soit détournée par une sorte d'inquiétude qui résulte d'une discussion de la raison ; aussi, est-ce principalement dans les mouvements subits que l'on peut avoir un indice de la disposition intérieure de l'homme. Or, l'âme ne saurait être continuellement assez sur ses gardes pour discuter avec sa raison tout ce qu'elle doit vouloir ou faire. Il suit de là qu'elle choisit quelquefois ce à quoi elle est portée par une inclination immanente. Par conséquent, si elle est inclinée au péché, elle ne restera pas longtemps sans le commettre, et elle fera ainsi obstacle à la grâce, à moins qu'elle ne soit ramenée à l'état de justice.

3° Ce résultat est dû encore à d'autres causes, telles que la violence des passions physiques, les objets qui excitent la convoitise des sens, une foule de passions et les occasions de faire le mal, qui provoquent facilement l'homme au péché, s'il n'en est détourné par une ferme adhésion à sa fin dernière ; et c'est la grâce qui produit cette adhésion.

Nous voyons par là combien est insensée l'opinion des Pélagiens, qui affirmaient que, dans l'état du péché, l'homme peut éviter le péché sans la grâce. Cette demande du Psalmiste : *Lorsque ma force*

gratiae effectus. Dum autem eligitur aliquid quod repugnat ultimo fini, impedimentum præstat gratiæ, quæ dirigis in finem. Unde manifestum est quod post peccatum non potest homo abstinere ab omni peccato, antequam per gratiam ad debitum ordinem reducatur.

2º Præterea, Quum mens inclinata fuerit ad aliquid, non se jam habet æqualiter ad utrumque oppositorum, sed magis ad illud ad quod est inclinata. Illud autem ad quod mens magis se habet eligit, nisi per rationis discussionem ab eo quadam sollicitudine abducatur; unde et in repentinis signum interioris habitus præcipue accipi potest. Non est autem possibile mentem hominis continue in ea vigilantia esse ut per rationem discat quidquid debet velle vel

agere. Unde consequitur quod mens aliquando eligat id ad quod est inclinata inclinatione manente; et ita, si inclinata fuerit in peccatum, non statim diu quin peccet, impedimentum gratiæ præstans, nisi ad statum rectitudinis reducatur.

3º Adhuc etiam operantur impetus corporalium passionum, et appetibilia secundum sensum, et plurimæ passionés, et occasiones male agendi, quibus de facili homo provocatur ad peccandum, nisi retrahatur per firmam inhesionem ad ultimum finem, quam gratia facit.

Unde apparet stulta Pelagianorum opinio, qui dicebant hominem in peccato existentem sine gratia posse vitare peccata. Cujus contrarium apparet ex hoc quod Psalmista petit : *Quum defecerit virtus mea, ne derelin-*

sera épuisée, ne m'abandonnez pas (Ps. LXX, 9), prouve bien le contraire; et le Seigneur nous enseigne cette prière : *Ne nous induisez pas dans la tentation, mais délivrez-nous du mal* (Matth., VI, 13).

Quoique ceux qui sont dans l'état du péché ne puissent pas éviter par eux-mêmes de présenter ou de poser un obstacle à la grâce, s'ils ne sont prévenus par le secours de la grâce, ainsi que nous l'avons vu (ch. 159), on peut, néanmoins, leur en attribuer la faute, parce que ce défaut reste en eux par suite d'un péché qui a précédé, de même qu'on n'excuse pas un homme ivre de l'homicide commis pendant l'ivresse, dans laquelle il est tombé par sa faute.

De plus, bien qu'il ne soit pas au pouvoir de l'homme qui est dans le péché d'éviter absolument le péché par lui-même, il peut, cependant, éviter actuellement tel ou tel péché, comme nous l'avons observé (ch. 155). Il commet donc volontairement tous les péchés qu'il commet, et, conséquemment, on n'a pas tort de lui en attribuer la faute.

CHAPITRE CLXI.

Dieu délivre les uns du péché et y laisse les autres.

Quoique l'homme qui commet le péché fasse obstacle à la grâce, et que, suivant que l'ordre l'exige, il ne devrait pas recevoir la grâce, néanmoins, parce que Dieu peut agir en dehors de l'ordre qu'il a établi parmi les êtres, comme cela a lieu quand il rend la vue aux aveugles et la vie aux morts, quelquefois, en vertu de l'abondance de sa bonté, il prévient de son secours ceux-là mêmes qui mettent obstacle à la grâce, en les détournant du mal et les portant au bien; et, de

quas me (Psalm. LXX, 9); et Dominus orare nos docet : *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo* (Matth., VI, 13).

Quamvis autem illi qui in peccato sunt vitare non possint per propriam potestatem quin impedimentum gratiæ præsentent vel ponant, ut ostensum est (c. 159), nisi auxilio gratiæ præveniantur, nihilominus tamen hoc eis imputatur ad culpam, quia hic defectus ex culpa præcedente in eis relinquitur; sicut ebrius ab homicidio non excusatur quod per ebrietatem committit, quam sua culpa incurrit.

Præterea, licet ille qui est in peccato non habeat hoc in propria potestate omnino quod vitet peccatum, habet tamen potestatem

nunc vitare hoc vel illud peccatum, ut dictum est (c. 155); unde quodcumque committit voluntarie committit, et ita non immerito ei imputatur ad culpam.

CAPUT CLXI.

Quod Deus aliquos a peccato liberat et aliquos in peccato relinquit.

Licet autem ille qui peccat impedimentum gratiæ præstet, et, in quantum ordo rerum exigit, gratiam non deberet recipere, tamen, quia Deus præter ordinem rebus inditum operari potest, sicut quum cæcum,

5° Notre Seigneur voulant prouver sa divinité contre les Juifs, qui ne pouvaient supporter qu'il se fit l'égal de Dieu, affirme qu'il a en lui la puissance de ressusciter, en disant : *Comme le Père ressuscite les morts et leur donne la vie, ainsi le Fils donne la vie à qui il veut* (Joann., v, 21). Or, la puissance de ressusciter appartient au Saint-Esprit; car l'Apôtre dit : *Si l'Esprit de celui qui a ressuscité Jésus d'entre les morts habite en vous, celui qui a ressuscité Jésus-Christ d'entre les morts donnera aussi la vie à vos corps mortels, à cause de son Esprit qui habite en vous* (Rom., VIII, 11). Donc le Saint-Esprit a la nature divine.

6° Nous avons démontré que la création est exclusivement l'opération de Dieu (liv. II, ch. 21). Or, il appartient à l'Esprit Saint de créer; car il est écrit : *Vous enverrez votre Esprit, et ils seront créés* (Ps. CIII, 30); et ailleurs : *L'Esprit de Dieu m'a créé* (Job, XXXIII, 4); et il est dit de Dieu : *Il l'a créée, la Sagesse, par l'Esprit-Saint* (Eccli., I, 9). Donc le Saint-Esprit a la nature divine.

7° L'Apôtre dit : *L'Esprit pénètre tout, même les profondeurs de Dieu. Car qui des hommes connaît ce qui est de l'homme, sinon l'esprit de l'homme qui est en lui? Ainsi, nul ne connaît ce qui est de Dieu, si non l'Esprit de Dieu* (I. Cor., II, 10 et 11). Or, il n'est au pouvoir d'aucune

trém, et qui manducat me et ipse vivet propter me (Joann., vi, 58). Hujusmodi autem vita est per Spiritum Sanctum; unde subditur : *Spiritus est, qui vivificat* (Ibid., 64); et dicit Apostolus : *Si Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis* (Rom., VIII, 13). Spiritus ergo Sanctus divinæ naturæ est.

5° Præterea, Dominus in argumentum suæ divinitatis contra Judæos, qui sustinere non poterant ut se æqualem Deo faceret, asserit in se esse resuscitandi virtutem, dicens : *Sicut Pater suscitavit mortuos et vivificavit, sic et Filius quos vult vivificat* (Joann., v, 21). Virtus autem resuscitativa ad Spiritum Sanctum pertinet; dicit enim Apostolus : *Quod si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum a mortuis habitat in vobis; qui suscitavit Jesum a mortuis resuscitabit et mortalia cor-*

pora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis (Rom., VIII, 11). Spiritus ergo Sanctus est divinæ naturæ.

6° Item, Creatio solius Dei opus est, ut supra ostensum est (I. II, c. 21). Pertinet autem creatio ad Spiritum Sanctum; dicitur enim : *Emittet Spiritum suum, et creabuntur* (Psalm. CIII, 30); et dicitur : *Spiritus Dei fecit me* (Job, xxxiii, 4); et dicitur de Deo : *Ipsa creavit illam, scilicet Sapientiam, in Spiritu Sancto* (Eccli., I, 9). Est ergo Spiritus Sanctus divinæ naturæ.

7° Adhuc, Apostolus dicit : *Spiritus omnis scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit que sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita et que Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei* (I. Cor., II, 10 et 11). Comprehendere autem omnia pro-

créature de comprendre toutes les profondeurs de Dieu. Cette parole du Seigneur le prouve : *Personne ne connaît le Fils, si ce n'est le Père; et personne ne connaît le Père, si ce n'est le Fils* (Matth., XI, 27); et l'Écriture fait dire à Dieu : *Mon secret est à moi* (Is., XXIV, 16). Donc le Saint-Esprit n'est pas une créature.

8° D'après la comparaison de l'Apôtre citée précédemment, le Saint-Esprit est pour Dieu ce qu'est l'esprit de l'homme pour l'homme. Or, l'esprit de l'homme est intrinsèque à l'homme, il n'est pas d'une nature qui lui soit étrangère, mais il fait partie de son être. Donc le Saint-Esprit n'est pas d'une nature étrangère à Dieu.

9° Si l'on rapproche les paroles de l'Apôtre, citées plus haut, avec celles d'Isaïe, on verra clairement que le Saint-Esprit est Dieu. Le Prophète dit : *En dehors de vous, ô Dieu, l'œil n'a point vu ce que vous avez préparé à ceux qui vous attendent* (Is., LXIV, 4); et, après avoir rapporté ces paroles, l'Apôtre ajoute ce que nous venons de voir, que l'Esprit pénètre les profondeurs de Dieu. D'où il résulte manifestement que le Saint-Esprit connaît ces profondeurs de Dieu qu'il a préparées à ceux qui l'attendent. Si donc nul autre que Dieu ne voit ces choses, comme Isaïe l'affirme; il est évident que le Saint-Esprit est Dieu.

10° Nous lisons ceci : *J'entendis la voix du Seigneur qui disait : Qui enverrai-je, et qui ira de notre part? Et je dis : Me voici, envoyez-moi. Et il dit : Allez, et dites à ce peuple : Ecoutez ce que je dis, et ne l'entendez pas* (Is., VI, 8 et 9). Or, saint Paul attribue ces paroles au Saint-Esprit; et c'est pour cela qu'il dit aux Juifs : *C'est avec raison que le Saint-Esprit a parlé à nos Pères par le Prophète Isaïe, disant : Allez vers*

funda Dei non est alicujus creaturæ; quod patet ex hoc quod Dominus dicit : *Nemo novit Filium, nisi Pater; neque Patrem quis novit, nisi Filius* (Matth., XI, 27); et ex persona Dei dicitur : *Secretum meum mihi* (Isai., XXIV, 16). Ergo Spiritus Sanctus non est creatura.

8° Præterea, Secundum prædictam Apostoli comparationem, Spiritus Sanctus se habet ad Deum sicut spiritus hominis ad hominem. Spiritus autem hominis intrinsecus est homini, et non est extraneæ naturæ ab ipso, sed est aliquid ejus. Igitur et Spiritus Sanctus non est naturæ extraneæ a Deo.

9° Amplius, Si quis conferat verba Apostoli præmissa verbis Isaïæ Prophetæ, manifeste percipiet Spiritum Sanctum Deum

esse. Dicitur enim : *Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te* (Isai., LXIV, 4); quæquidem verba Apostolus quum introduxisset, subjungit verba præmissa, scilicet quod Spiritus scrutatur profunda Dei. Unde manifestum est quod Spiritus Sanctus illa profunda Dei cognoscit quæ præparavit expectantibus eum. Si ergo hæc nullus vidit præter Deum, ut Isaïas dicit, manifestum est Spiritum Sanctum Deum esse.

10° Item, Dicitur : *Audisti vocem Domini dicentis : Quem mittam, et quis ibit nobis? Et dixi : Ecce ego, mitte me. Et dixit : Vade, et dices populo huic : Auditis audientes et nolite intelligere* (Isai., VI, 8 et 9). Hæc autem verba Paulus Spiritui Sancto attribuit; unde dicitur quod Paulus dixit Judæis.

ce peuple et dites-lui : Vous écouterez en prêtant l'oreille et vous n'entendrez pas (Act., XXVIII, 25 et 26). Il est donc clair que le Saint-Esprit est Dieu.

11° Nous voyons par les Saintes-Écritures que c'est Dieu qui a parlé par les Prophètes; car elles prêtent à Dieu ce langage : *S'il y a parmi vous quelque Prophète du Seigneur, je lui apparaîtrai dans une vision ou pendant son sommeil, c'est-à-dire par mon Esprit, et je lui parlerai* (Num., XII, 6); et il est encore écrit : *J'écouterai ce que le Seigneur Dieu dit en moi* (Ps. LXXXIV, 9). Or, il est parfaitement démontré que le Saint-Esprit a parlé par les Prophètes; car il est dit : *Il faut que ce que le Saint-Esprit a prédit dans l'Écriture par la bouche de David soit accompli* (Act., I, 16); et le Seigneur demande comment les Scribes affirmaient que le Christ est fils de David, puisque David lui-même disait, d'après le Saint-Esprit : *Le Seigneur a dit à mon Seigneur : Asseyez-vous à ma droite* (Matth., XXII, 43 et 44). Il est dit encore : *La prophétie n'a point été apportée anciennement par une volonté humaine; mais c'est par l'inspiration du Saint-Esprit que les saints hommes de Dieu ont parlé* (II. Petr., I, 21). On voit donc manifestement par les Écritures que le Saint-Esprit est Dieu.

12° Les Livres Saints nous apprennent que la révélation des mystères est une œuvre propre à Dieu; car il est écrit : *Il y a dans le ciel un Dieu qui révèle les mystères* (Dan., II, 28). Or, nous y voyons aussi que la révélation des mystères est l'œuvre du Saint-Esprit; car il est dit : *Dieu nous l'a révélé par son Esprit* (I. Cor., II, 10); *L'Esprit (2) parle des mystères* (Ibid., XIV, 2). Donc le Saint-Esprit est Dieu.

(2) Il y a dans la Vulgate : *Spiritus loquitur mysteria*; ce qui ne change pas le sens.

Bene Spiritus Sanctus locutus est per Isaiam Prophetam ad patres nostros, dicens. Vade ad populum tetum, et dic ad eos : Ave audietis, et non intelligetis (Act., XXVIII, 25 et 26). Manifestum est ergo Spiritum Sanctum Deum esse.

11° Adhuc, Ex Sacris Scripturis apparet Deum esse qui locutus est per Prophetas; dicitur enim ex ore Dei : *Si quis fuerit inter eos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium, id est per Spiritum meum, loquar ad illum* (Numer., XII, 6); et dicitur : *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus* (Psalm. LXXXIV, 9). Manifeste autem ostenditur Spiritum Sanctum locutum esse in Prophetis; dicitur enim : *Oportet impleri scripturam quam prædixit Spiritus*

Sanctus per os David (Act., I, 16); et Dominus dicit : *Quomodo dicunt Scribæ Christum filium David esse? ipse enim dicebat in Spiritu Sancto : Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis* (Matth., XXII, 43 et 44); et dicitur : *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia; sed Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines* (II. Petr., I, 21). Manifeste ergo in Scripturis colligitur Spiritum Sanctum Deum esse.

12° Item, Revelatio mysterium proprium opus Dei ostenditur in Scripturis; dicitur enim : *Est Deus in celo revelans mysteria* (Dan., II, 28). Mysteriorum autem revelatio opus Spiritus Sancti ostenditur; dicitur enim : *Nobis revelavit Deus per Spiritum*

13° C'est une opération propre à Dieu d'instruire intérieurement. Il est dit, en effet, de Dieu : *C'est lui qui enseigne la science à l'homme* (Ps. XCIII, 10); *Il donne la sagesse aux sages et la connaissance à ceux qui ont l'intelligence de la science* (Dan., II, 21). Or, c'est là évidemment l'opération propre du Saint-Esprit; car le Seigneur dit : *Le Paraclet, l'Esprit Saint, que le Père enverra en mon nom, vous enseignera toutes choses* (Joann., XIV, 26). Donc le Saint-Esprit a la nature divine.

14° Les êtres qui ont la même opération ont nécessairement la même nature. Or, le Fils et le Saint-Esprit ont la même opération; car l'Apôtre prouve que Jésus-Christ parle dans les saints, en disant : *Est-ce que vous cherchez à éprouver ce qu'est Jésus-Christ qui parle en moi* (Cor., XIII, 3)? Et nous voyons clairement que cette opération est celle du Saint-Esprit, par ce qui est dit : *Ce n'est pas vous qui parlez, mais c'est l'Esprit de votre Père qui parle en vous* (Matth., X, 20). Donc la nature du Fils et du Saint-Esprit est la même, et, par conséquent, celle du Père, puisque nous avons prouvé (ch. 7) que le Père et le Fils ont une seule nature.

15° Il appartient en propre à Dieu d'habiter dans l'esprit des saints; de là cette parole de l'Apôtre : *Vous êtes le temple du Dieu vivant, selon ce que Dieu dit : J'habiterai en eux* (II. Cor., VI, 16). Or, cet Apôtre attribue la même chose au Saint-Esprit, en ces termes : *Ne savez-vous pas que vous êtes le temple de Dieu, et que l'Esprit de Dieu habite en vous* (I. Cor., III, 16)? Donc le Saint-Esprit est Dieu.

16° Être partout, c'est le propre de Dieu, qui dit : *Je remplis le ciel et la terre* (Jérém., XXXIII, 24). Cela convient également au Saint-Esprit;

sum (I. Cor., II, 10); et dicitur : *Spiritus loquitur mysteria* (Ibid., XIV, 2). Spiritus ergo Sanctus Deus est.

13° Præterea, Interius docere proprium opus Dei est; dicitur enim de Deo : *Qui docet hominem scientiam* (Psalm., XCIII, 10); et : *Dat sapientiam sapientibus et scientiam intelligentibus disciplinam* (Dan., II, 21). Hoc autem proprium opus Spiritus Sancti esse manifestum est; dicit enim Dominus : *Paracletus Spiritus Sanctus, quem mittit Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia* (Joann., XIV, 26). Spiritus ergo Sanctus est divinæ naturæ.

14° Adhuc, Quorum est eadem operatio oportet esse eandem naturam. Est autem eadem operatio Filii et Spiritus Sancti; quod enim Christus in sanctis loquitur Apostolus ostendit, dicens : *An experimen-*

tum queritis ejus qui in me loquitur Christus (II. Cor., XIII, 3)? hoc etiam opus Spiritus Sancti esse manifeste apparet; dicitur enim : *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis* (Matth., X, 20). Est ergo eadem natura Filii et Spiritus Sancti, et, per consequens, Patris, quum ostensum sit (c. 7) Patrem et Filium unam naturam habere.

15° Amplius, Inhabitare mentes sanctorum proprium Dei est; unde Apostolus dicit : *Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus : Quoniam inhabitabo in illis* (II., Cor., VI, 16). Hoc autem idam Apostolus Spiritui Sancto attribuit; dicit enim : *Nescitis quæ templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis* (I. Cor., III, 16)? Est ergo Spiritus Sanctus Deus.

16° Item, Esse ubique proprium Dei est,

car il est écrit : *L'Esprit du Seigneur a rempli l'univers* (Sap., 1, 7); et encore : *Où irai-je loin de votre Esprit? et où fuirai-je loin de votre visage* (Ps. CXXVIII, 7)? *Si je monte au ciel, vous y êtes, etc.* (Ibid., 8). Le Seigneur dit aussi à ses disciples : *Vous recevez la vertu du Saint-Esprit, qui descendra en vous, et vous serez mes témoins dans Jérusalem, et dans toute la Judée et la Samarie, et jusqu'aux extrémités de la terre* (Act., 1, 8); par où l'on voit que le Saint-Esprit est partout, puisqu'il est présent partout et qu'il habite en quelque lieu que ce soit. Donc le Saint-Esprit est Dieu.

17° La Sainte-Écriture donne expressément au Saint-Esprit le nom de Dieu; car saint Pierre dit : *Ananie, pourquoi Satan a-t-il tenté votre cœur, pour que vous mentiez au Saint-Esprit?* et ensuite : *Vous n'avez pas menti aux hommes, mais à Dieu* (Act., v, 3 et 4). Donc le Saint-Esprit est Dieu.

18° Il est dit : *Celui qui parle une langue [inconnue] ne parle pas aux hommes, mais à Dieu, puisque personne ne l'entend; mais c'est l'Esprit qui parle des mystères* (I. Cor., XIV, 2). Saint Paul nous donne à entendre par là que l'Esprit parlait par ceux qui parlaient diverses langues, et plus loin il ajoute : *Il est écrit dans la loi (3) : Je parlerai à ce peuple en des langues inconnues et avec des bouches étrangères; et ainsi ils ne m'entendront point, dit le Seigneur* (Ibid., 21). Donc le Saint-Esprit, qui annonce des mystères en des langues et avec des bouches diverses, est Dieu.

19° L'Apôtre ajoute un peu après : *Si tous prophétisent et qu'il entre un infidèle ou un ignorant, tous le convainquent, tous le jugent; les secrets*

(3) Le texte cité par saint Paul est pris dans Isaïe, qui s'exprime ainsi : *In loquela enim labiis, et lingua altera loquetur ad populum istum* [XXVIII, 11].

qui dicit : *Cælum et terram ego impleo* [Jerem., XXIII, 24]. Et hoc Spiritui Sancto convenit; dicitur enim : *Spiritus Domini replavit orbem terrarum* (Sap., 1, 7); et : *Quo ibo a Spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam* [Psalm. CXXXVIII, 7]? et : *Si ascendero in cælum, tu illic es, etc.* [Ibid., 8]; Dominus etiam discipulis dicit : *Accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni Judæa et Samaria, et usque ad ultimum terræ* (Act., 1, 8); ex quo patet quod Spiritus Sanctus ubique est, qui ubique et ubicumque existens inhabitat. Spiritus ergo Sanctus Deus est.

17° Præterea, Expressé in Scriptura Spiritus Sanctus nominatur; dicit enim Petrus :

Anania, cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto? et postea subdit : Non es mentitus hominibus, sed Deo (Act., v, 3 et 4). Spiritus ergo Sanctus est Deus.

18° Item, Dicitur : *Qui loquitur linguas, non hominibus loquitur, sed Deo; nemo enim audit; Spiritus autem loquitur mysteria* [I. Cor., XIV, 2]; ex quo dat intelligere quod Spiritus loquebatur in his qui variis linguis loquebantur. Postmodum autem dicit : *In lege scriptum est : Quoniam in aliis linguis et labiis aliis loquor populo huic; et nec sic es-audient me, dicit Dominus* [Ibid., 21]. Spiritus ergo Sanctus, qui loquitur mysteria diversis labiis et lingua, Deus est.

19° Adhuc, Post pauca subditur : &

de son cœur se découvrent, et ainsi tombant sur sa face, il adorera Dieu, confessant que Dieu est vraiment parmi vous (Ibid., 24 et 25). Or, il est clair, d'après ce qu'il a dit auparavant, que c'est l'Esprit qui parle des mystères et que c'est le Saint-Esprit qui révèle les secrets du cœur; ce qui est le caractère propre de la divinité; car il est écrit : *Le cœur de tous les hommes est pervers et impénétrable; qui le connaîtra? C'est moi le Seigneur qui sonde les cœurs et éprouve les reins* (Jérém., xvii, 9 et 10); et c'est pour cela qu'il est dit que l'infidèle lui-même reconnaît à cette marque que celui qui révèle les secrets du cœur est Dieu. Donc le Saint-Esprit est Dieu.

20° Il dit encore un peu plus loin : *Les esprits des Prophètes sont soumis aux Prophètes; car Dieu n'est pas un Dieu de dissension, mais de paix* (I. Cor., xiv, 32 et 33). Or, les grâces accordées aux Prophètes, et que l'Apôtre appelle les esprits des Prophètes, viennent du Saint-Esprit. Donc le Saint-Esprit, qui distribue ces grâces de telle manière qu'elles ne produisent pas la dissension, mais la paix, est Dieu; et la preuve en est dans ces paroles : *Il n'est pas un Dieu de dissension, mais de paix*.

21° Nul autre que Dieu ne peut adopter quelqu'un comme Fils de Dieu; car aucune créature spirituelle n'est appelée fils de Dieu par nature, mais par la grâce de l'adoption. C'est pourquoi saint Paul attribue cette opération au Fils de Dieu, qui est vrai Dieu, en disant : *Dieu a envoyé son Fils..., afin que nous reçussions l'adoption des enfants* (Galat., iv, 4 et 5). Or, le Saint-Esprit est la cause de l'adoption; car l'Apôtre dit : *Vous avez reçu l'Esprit de l'adoption des enfants, par lequel nous crions : Abba! Mon Père* (Rom., viii, 15)! Donc le Saint-Esprit n'est pas une créature, mais il est Dieu.

omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus; occulta cordis ejus manifesta sunt, et ita cadens in faciem, adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in vobis sit (Ibid., 24 et 25). Patet autem, per id quod præmisit, quod Spiritus loquitur mysteria; quod manifestatio occultorum cordis a Spiritu Sancto fit; quod est proprium divinitatis signum; dicitur enim : *Præcognitum est cor omnium, et inscrutabile; quis cognoscat illud? Ego Dominus scrutans cor et probans renes* (Jerem., xvii, 9 et 10); unde hoc iudicio etiam infidelis perpendere dicitur quod ille qui hæc occulta cordium loquitur sit Deus. Ergo Spiritus Sanctus Deus est.

20° Item, Peram post dicit : *Spiritus Prophetarum Prophetis subjecti sunt. Non enim*

est dissensionis Deus, sed pacis (I. Cor., xiv, 32 et 33). Gratias autem Prophetarum, quas spiritus Prophetarum nominaverat, a Spiritu Sancto sunt. Spiritus ergo Sanctus, qui hujusmodi gratias sic distribuit ut ex eis non sit dissensio, sed pax sequatur, Deus esse ostenditur in hoc quod dicit : *Non est dissensionis Deus, sed pacis*.

21° Amplius, Adoptare in filios Dei non potest esse opus alterius nisi Dei; nulla enim creatura spiritualis dicitur filius Dei per naturam, sed per adoptionis gratiam; unde et hoc opus Filio Dei, qui verus Deus est, Apostolus attribuit, dicens : *Misit Deus Filium suum..., ut adoptionem filiorum reciperemus* (Galat., iv, 4 et 5). Spiritus autem Sanctus est adoptionis causa; dicit enim Apostolus : *Accipistis Spiritum adoptionis fi-*

22° Si le Saint-Esprit n'est pas Dieu, il est nécessairement une créature. Il est clair qu'il n'est pas une créature corporelle, ni même une créature spirituelle; car aucune créature ne pénètre par infusion dans une créature spirituelle, puisque la créature n'est pas *participable*, mais plutôt participante. Or, le Saint-Esprit pénètre par infusion dans les âmes des saints, comme leur étant donné en participation; car nous lisons que Jésus-Christ, et même les Apôtres en ont été remplis. Donc le Saint-Esprit n'est pas une créature, mais il est Dieu.

Si l'on objecte que les opérations dont nous avons parlé ne sont pas attribuées au Saint-Esprit en vertu de son autorité, comme étant Dieu, mais comme à une créature qui remplit un ministère, la fausseté de cette proposition ressort expressément de cette parole de l'Apôtre : *Les opérations sont diverses, mais c'est le même Dieu qui opère tout en tous* (I. Cor., XII, 6). Après avoir énuméré les divers dons de Dieu, il ajoute : *Un seul et même Esprit opère toutes ces choses, distribuant selon qu'il lui plaît ses dons à chacun* (Ibid., 11); et par là il enseigne manifestement que le Saint-Esprit est Dieu, tant en affirmant que le Saint-Esprit opère les choses dont il a attribué plus haut l'opération à Dieu, qu'en disant qu'il opère suivant le bon plaisir de sa volonté. Il est donc clair que le Saint-Esprit est Dieu.

liorum, in quo clamamus : Abba! Pater (Rom., VIII, 15) Ergo Spiritus Sanctus non est creatura, sed Deus.

22° Item, Si Spiritus Sanctus non est Deus, oportet quod sit aliqua creatura. Planum est autem quod non est creatura corporalis, nec etiam spiritualis; nulla enim creatura spirituali creaturæ infunditur, quum creatura non sit participabilis, sed magis participans. Spiritus autem Sanctus infunditur sanctorum mentibus, quasi ab eis participatus; legitur enim et Christus plenus fuisse, et etiam Apostoli. Non est ergo Spiritus Sanctus creatura, sed Deus.

Si quis autem dicat prædicta opera quæ sunt Dei Spiritui Sancto attribui, non per

auctoritatem, ut Deo, sed per ministerium, quasi creaturæ, expresse hoc esse falsum apparet ex his quæ Apostolus dicit, dicens : *Divisiones operationum sunt, idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus* [I. Cor., XII, 6]; et postea, connumeratis diversis donis Dei, subdit : *Hæc omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult* [Ibid., 11]; ubi manifeste expressit Spiritum Sanctum Deum esse, tum ex eo quod Spiritum Sanctum operari dicit quæ supra dixerat Deum operari, tum ex hoc quod enim pro suæ voluntatis arbitrio operari confitetur. Manifestum est igitur Spiritum Sanctum Deum esse.

CHAPITRE XVIII.

Le Saint-Esprit est une personne subsistante.

Puisque quelques-uns prétendent que le Saint-Esprit n'est pas une personne subsistante, mais ou la divinité même du Père et du Fils. comme on rapporte que certains Macédoniens l'ont avancé (1), ou même une perfection accidentelle de l'âme que Dieu nous donne, telle que la sagesse, la charité, ou d'autres analogues, auxquelles nous participons comme à des accidents créés, il nous faut établir, contrairement à cela, que le Saint-Esprit n'est rien de semblable. En effet :

1^o Les formes accidentelles n'opèrent pas, à proprement parler, mais c'est plutôt l'être qui les possède qui opère suivant l'arbitre de sa volonté ; car l'homme sage use de la sagesse quand il le veut. Or, nous avons prouvé que le Saint-Esprit opère suivant l'arbitre de sa volonté (ch. 17). Donc il ne faut pas considérer le Saint-Esprit comme une perfection accidentelle de l'âme.

2^o Les Écritures nous apprennent que le Saint-Esprit est la cause [productrice] de toutes les perfections de l'âme humaine ; car l'Apôtre dit : *L'amour de Dieu a été répandu dans nos cœurs par le Saint-Esprit, qui nous a été donné* (Rom., v, 5) ; *l'un reçoit par le Saint-Esprit le don de parler avec sagesse ; un autre reçoit par le même Esprit le don de parler avec science* (I. Cor., xii, 8) ; et ainsi des autres. Donc il ne faut pas considérer le Saint-Esprit comme une perfection accidentelle de l'âme humaine, puisqu'il est lui-même la cause de toutes ces perfections.

{1} Voyez la note 5 du chap. 16, p 433.

CAPUT XVIII.

Quod Spiritus Sanctus sit subsistens persona.

Sed, quia quidam Spiritum Sanctum asserunt non esse personam subsistentem, sed vel ipsam divinitatem Patris et Filii, ut quidam Macedoniani dixisse perhibentur, vel etiam aliquam accidentalem perfectionem mentis a Deo nobis donatam, puta sapientiam, vel charitatem, vel aliquid huiusmodi, quæ participantur a nobis sicut quedam accidentia creata, contra hoc ostendendam est Spiritum Sanctum non esse aliquid huiusmodi.

1^o Non enim formæ accidentales proprie operantur, sed magis habens eas, pro suæ arbitrio voluntatis ; homo enim sapiens uti-

tur sapientia quum vult. Sed Spiritus Sanctus operatur pro suæ arbitrio voluntatis, ut ostensum est (c. 17). Non igitur est æstimandus Spiritus Sanctus velut aliqua accidentalis perfectio mentis.

2^o Item, Spiritus Sanctus, ut ex Scripturis docemur, causa est omnium perfectionum humanæ mentis ; dicit enim Apostolus : *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis* (Rom., v, 5) ; et : *Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientie, alii autem sermo scientiæ secundum eundem Spiritum* (I. Cor., xii, 8) ; et sic de aliis. Non ergo Spiritus Sanctus est æstimandus quasi aliqua accidentalis perfectio mentis humanæ, quum ipse omnium huiusmodi perfectionum causa existat.

Il répugne à l'enseignement de l'Écriture, touchant le Saint-Esprit, que le nom du Saint-Esprit désigne l'essence du Père et du Fils, et qu'ainsi il ne soit personnellement distinct ni de l'un ni de l'autre. En effet :

1° Il est écrit que le Saint-Esprit *procède du Père* (Joann., xv, 26), et qu'il reçoit du Fils (Ibid., xvi, 14); ce qu'on ne peut entendre de l'essence divine, puisque l'essence divine ne procède pas du Père et ne reçoit rien du Fils. Donc il faut dire que le Saint-Esprit est une personne subsistante.

2° La Sainte-Écriture parle clairement du Saint-Esprit comme d'une personne subsistante; car il est dit : *Pendant qu'ils servaient le Seigneur et qu'ils jeûnaient, le Saint-Esprit leur dit : Séparez-moi Saul et Barnabé pour l'œuvre pour laquelle je les ai choisis* (Act., XIII, 2); et plus loin : *Et ceux-ci étant envoyés par le Saint-Esprit s'en allèrent* (Ibid., 4). Nous lisons encore cette parole des Apôtres : *Il a paru bon au Saint-Esprit et à nous de ne pas vous imposer d'autre charge, etc.* (Ibid., xv, 28); toutes choses qui ne seraient pas dites du Saint-Esprit, s'il n'était pas une personne subsistante.

3° Dès lors que le Père et le Fils sont des personnes subsistantes et qu'ils ont la nature divine, le Saint-Esprit ne serait pas compté avec eux, s'il n'était pas lui-même une personne subsistante dans la nature divine. Or, il est compté avec eux, comme nous le voyons par ce que dit le Seigneur à ses disciples : *Allez donc, enseignez toutes les nations, les baptisant au nom du Père, et du Fils, et du Saint-Esprit* (Matth., XXVIII, 19); et par ces autres passages : *Que la grâce de notre Seigneur*

Quod autem in nomine Spiritus Sancti designetur essentia Patris et Filii, et sic a neutro personaliter distingatur, repugnat his quæ divina Scriptura de Spiritu Sancto tradidit.

1° Dicitur enim quod Spiritus Sanctus a Patre procedit (Joann., xv, 26), et quod accipit a Filio (Ibid., xvi, 14); quod non potest de divina essentia intelligi, quum essentia divina a Patre non procedat nec a Filio accipiat. Oportet igitur dicere quod Spiritus Sanctus sit subsistens persona.

2° Item, Sacra Scriptura manifeste de Spiritu Sancto loquitur tanquam de persona divina subsistente; dicitur enim : *Ministrantibus illis Domino et jejunantibus, dicit illis Spiritus Sanctus : Segregate mihi Saulum et Barnabam, in opus ad quod as-*

sumpsi eos (Act., XIII, 2); et infra : *Et ipsi quidem missi a Spiritu Sancto, abierunt* (Ibid., 4); et dicitur : *Dicunt Apostoli : Visum est Spiritui Sancto et nobis nihil ultra imponere vobis oneris, etc.* (Ibid., xv, 28); quæ de Spiritu Sancto non dicerentur, nisi esset subsistens persona. Est igitur Spiritus Sanctus subsistens persona.

3° Amplius, Quam Pater et Filius sint personæ subsistentes et divinæ naturæ, Spiritus Sanctus non connumeraretur eisdem, nisi ipse esset persona subsistens in divina natura. Connumeratur autem eisdem, ut patet, dicente Domino discipulis : *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti* (Matth., XXVIII, 19); et : *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et com-*

Jésus-Christ, et la charité de Dieu, et la communication du Saint-Esprit soient avec tous (II. Cor., XIII, 13); *Il y en a trois qui rendent témoignage dans le ciel : le Père, le Verbe et le Saint-Esprit* (I. Joann., v, 7). Ce qui prouve clairement que non-seulement il est une personne subsistante, comme le Père et le Fils, mais encore qu'il a avec eux une même essence.

On pourrait, pour combattre cette doctrine, affirmer faussement qu'autre est l'Esprit de Dieu et autre le Saint-Esprit, parce que dans quelques-uns des textes cités jusqu'ici il est appelé l'Esprit de Dieu et dans d'autres le Saint-Esprit.

1° Mais il est manifestement démontré que l'Esprit de Dieu est le même que le Saint-Esprit par les paroles de l'Apôtre, qui, dans sa première épître aux Corinthiens, après avoir dit : *Dieu nous l'a révélé par le Saint-Esprit* (2), le confirme ainsi : *Car l'Esprit pénètre toutes choses, même les profondeurs de Dieu*; et il conclut ensuite : *Ainsi, personne ne connaît ce qui est de Dieu, sinon l'Esprit de Dieu* (II, 10 et 11). D'où ressort clairement l'identité du Saint-Esprit et de l'Esprit de Dieu.

2° Elle résulte encore de cette parole du Seigneur : *Ce n'est pas vous qui parlez, mais c'est l'Esprit de votre Père qui parle en vous* (Matth., x, 20). Au lieu de ces mots, saint Marc dit : *Ce n'est pas vous qui parlez, mais l'Esprit Saint* (Marc., XIII, 11). Evidemment donc le Saint-Esprit est le même que l'Esprit de Dieu.

Ainsi donc, puisque les témoignages qui précèdent prouvent abondamment que le Saint-Esprit n'est pas une créature, mais qu'il est vrai

(2) Il y a dans la Vulgate : *Nobis revelavit Deus per Spiritum suum*; et dans le grec : *Μὴν δὲ ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ.*

municatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis (II. Cor., XIII, 13); et : *Tres sunt qui testimonium dant in celo : Pater, Verbum et Spiritus Sanctus ; et hi tres unum sunt* (I. Joann., v, 7). Ex quo manifeste ostenditur quod non solum sit persona subsistens, sicut Pater et Filius, sed etiam cum eis essentiae habeat unitatem.

Posset autem aliquis contra praedicta callumniari, dicens aliud esse Spiritum Dei et aliud Spiritum Sanctum ; nam in quibusdam praemissarum auctoritatum nominatur Spiritus Dei, in quibusdam vero Spiritus Sanctus.

1° Sed quod idem sit Spiritus Dei et Spiritus Sanctus, manifeste ostenditur ex verbis Apostoli in prima ad Corinthios, ubi,

quum praemississet : *Nobis revelavit Deus per Spiritum Sanctum*, ad hujus confirmationem inducit : *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei*; et postea concludit : *Ita et quae Dei sunt nemo cognovit nisi Spiritus Dei* (II, 10 et 11). Ex quo manifeste apparet quod idem sunt Spiritus Sanctus et Spiritus Dei.

2° Item, Apparet ex hoc quod Dominus dicit : *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis* (Matth., x, 20). Loco autem istorum verborum, Marcus dicit : *Non enim vos estis loquentes, sed Spiritus Sanctus* (Marc., XIII, 11). Manifestum est igitur idem esse Spiritum Sanctum et Spiritum Dei.

Sic ergo, quum ex praemissis auctoritatibus multipliciter apparet Spiritum

Dieu, rien manifestement ne nous force à dire qu'il faut entendre que le Saint-Esprit remplit les âmes des saints et habite en eux, de la même manière qu'il est dit que le diable remplit certains hommes et habite en eux ; car il est raconté de Judas qu'*après qu'il eut pris ce morceau, Satan entra en lui* (Joann., XIII, 27); et saint Pierre dit, selon certains exemplaires : *Ananie, pourquoi Satana-t-il rempli (3) votre cœur* (Act., v, 3)? En effet, puisque, comme on le voit par ce qui précède (liv. III, ch. 105 et suiv.), le diable est une créature, il ne remplit personne en se donnant en participation, et il ne peut pas habiter dans une âme par ce mode de participation ou par sa substance, mais on dit qu'il remplit quelques-uns par l'effet de sa malice. C'est pourquoi saint Paul dit à Élymas : *O homme plein de toute sorte de tromperie et de malice, fils du Diable* (Act., XIII, 40). Or, le Saint Esprit étant Dieu, il habite par sa substance dans les âmes, et il nous rend bons en nous faisant participer à lui ; car il est lui-même sa bonté, puisqu'il est Dieu ; ce qui ne saurait être vrai d'aucune créature. Cela n'empêche pas cependant qu'il remplisse les âmes des saints par l'effet de sa puissance.

CHAPITRE XIX.

Comment il faut entendre ce qui est dit du Saint-Esprit.

Instruits par les témoignages des Saintes Ecritures, nous croyons donc fermement que le Saint-Esprit est vrai Dieu subsistant et person-

(3) On lit dans la Vulgate : *temptavit*, au lieu de *implevit*.

Sanctum non esse creaturam, sed verum Deum, manifestum est quod non cogimur dicere eodem modo esse intelligendum quod Spiritus Sanctus mentes sanctorum impleat et eos inhabitet sicut diabolus aliquos implere vel inhabitare dicitur; habetur enim de Juda quod post *buccellam introiit in eum Satanas* (Joann., XIII, 27); et dicit Petrus, ut quidam libri habent : *Anania, cur implevit Satanas cor tuum* (Act., v, 3)? Quum enim diabolus creatura sit, ut ex superioribus (l. III, c. 105 et seq.) est manifestum, non implet aliquem participatione sui, neque potest mentem inhabitare sua participatione vel per suam substantiam, sed dicitur aliquos implere per effectum suæ malitiæ; unde et Paulus dicit ad quemdam : *O plene omni dolo et omni falsicia, fili Diaboli* (Act., XIII, 10). Spiritus

autem Sanctus, quum Deus sit, per suam substantiam mentem inhabitat et sui participatione bonos facit; ipse est enim sua bonitas, quum sit Deus; quod de nulla creatura verum esse potest. Nec tamen per hoc removetur quin per effectum suæ virtutis sanctorum impleat mentes.

CAPUT XIX.

Quomodo intelligenda sunt quæ de Spiritu Sancto dicuntur.

Sanctarum igitur Scripturarum testimoniis edocti, hoc firmiter de Spiritu Sancto tenemus, quod verus sit Deus subsistens et personaliter distinctus a Patre et Filio. Oportet autem considerare qualiter hujus-

nellement distinct du Père et du Fils. Mais il nous faut examiner comment on doit entendre cette vérité sous ce double rapport, afin de la défendre contre les attaques des ennemis de la foi.

Pour la mettre dans tout son jour, il faut poser d'abord ce principe, que l'on trouve nécessairement une volonté dans toute nature intelligente. L'intelligence, en effet, arrive à l'acte par la forme intelligible, en tant qu'elle connaît, de même qu'une chose naturelle entre actuellement en possession de l'être naturel par sa forme propre. Or, en vertu de sa forme propre, par laquelle il devient parfait dans son espèce, l'être naturel a une inclination pour ses opérations propres et pour sa fin propre, à laquelle il atteint par ses opérations; car tel est un être, telles sont ses opérations, et il tend à des choses qui lui conviennent. Par conséquent, d'une forme intelligible il résulte nécessairement dans un être intelligent une inclination pour des opérations propres et pour une fin propre. Or, dans une nature intelligente, cette inclination est la volonté, qui est le principe des opérations qui sont en nous, et par lesquelles l'intelligence opère en vue d'une fin; car la fin et le bien constituent l'objet de la volonté (liv. III, ch. 2 et 3). Donc il doit y avoir aussi une volonté dans tout être intelligent.

Quoique plusieurs actes semblent appartenir à la volonté, comme désirer, se délecter, haïr, et les autres semblables, l'amour est cependant le principe unique et la racine commune de tous. — On peut le prouver ainsi : Nous avons remarqué que la volonté est chez les êtres intelligents ce qu'est dans les êtres naturels l'inclination naturelle, que l'on appelle aussi l'appétit naturel (liv. III, ch. 88). Or, l'inclination naturelle vient de ce que l'être naturel a de l'affinité et de la convenance,

modi veritas utriusque accipi debet, et ab impugnationibus infidelium defendatur.

Ad eujus evidentiam, præmitti oportet quod in qualibet intellectuali natura oportet inveniri voluntatem. Intellectus enim fit in actu per formam intelligibilem, in quantum est intelligens, sicut res naturalis fit actu in esse naturali per propriam formam. Res autem naturalis per formam, qua perficitur in sua specie, habet inclinationem in proprias operationes et proprium finem, quem in esse naturali per propriam formam. Res autem naturalis per formam, qua perficitur in sua specie, habet inclinationem in proprias operationes et proprium finem, quem in esse naturali per propriam formam. Res autem naturalis per formam, qua perficitur in sua specie, habet inclinationem in proprias operationes et proprium finem, quem in esse naturali per propriam formam. Res autem naturalis per formam, qua perficitur in sua specie, habet inclinationem in proprias operationes et proprium finem, quem in esse naturali per propriam formam.

inclinatio in intellectuali natura voluntas est, que est principium operationum que in nobis sunt, quibus intellectus propter finem operatur; finis enim et bonum est voluntatis objectum (I. III, c. 2 et 3). Oportet igitur in quolibet intelligente inveniri etiam et voluntatem.

Quoniam autem ad voluntatem plures actus pertinere videantur, ut desiderare, delectari, odire et hujusmodi, omnium tamen amor et unum principium et communis radix invenitur. — Quod ex his accipi potest. Voluntas enim, ut dictum est (I. III, c. 88), sic se habet in rebus intellectualibus sicut naturalis inclinatio in rebus naturalibus, que et naturalis appetitus dicitur. Ex hoc autem oritur inclinatio naturalis quod res

à raison de sa forme, que nous avons dit être le principe de l'inclination, avec l'objet vers lequel il est mêlé, comme un corps pesant avec le lieu inférieur. Par conséquent, toute inclination de la volonté elle-même provient de ce qu'au moyen de la forme intelligible quelque chose est appréhendé comme convenable ou excitant une affection. Or, avoir de l'affection pour une chose, considérée comme telle, c'est aimer cette chose même. Donc toute inclination de la volonté, et même de l'appétit sensible, tire son origine de l'amour; car, par là même que nous aimons un objet, nous le désirons, s'il est absent; nous éprouvons du plaisir, lorsqu'il est présent; nous sommes tristes, quand un obstacle nous en sépare; nous baissons les choses qui nous empêchent de posséder l'objet aimé, et nous nous irritons contre elles. Ainsi donc, l'objet aimé n'est pas seulement dans l'intelligence de celui qui aime, mais encore dans sa volonté; différemment toutefois. Il est dans son intelligence par la ressemblance de son espèce, et il est dans sa volonté, comme le terme du mouvement dans le principe moteur qui lui est proportionnel, en vertu de la convenance et du rapport qu'il a avec lui; de même que le lieu supérieur est en quelque sorte dans le feu, à raison de sa légèreté, en vertu de laquelle il a une proportion et de la convenance avec ce lieu; mais le feu produit est dans le feu producteur par la ressemblance de sa forme.

Puis donc que nous avons démontré qu'en toute nature intelligente il y a une volonté (liv. II, ch. 47), et que Dieu est intelligent (liv. I, ch. 44), il y a nécessairement une volonté en lui; non que la volonté de Dieu soit quelque chose de surajouté à son essence, pas plus que son intelligence, comme on l'a vu plus haut (liv. I, ch. 73), mais la volonté

naturalis habet affinitatem et convenientiam, secundum formam, quam diximus esse inclinationis principium, eum eo ad quod movetur, sicut grave cum loco inferiori. Unde etiam hinc oritur omnis inclinatio voluntatis, eo quod per formam intelligibilem aliquid apprehenditur ut conveniens vel afficiens. Affici autem ad aliquid in quantum hujusmodi, est amare ipsum. Omnis igitur inclinatio voluntatis, et etiam appetitus sensibilis, ex amore originem habet. Ex hoc enim quod aliquid amamus, desideramus illud, si absit; gaudemus autem, quum adest; et tristamur, quum ab eo impedimur; et odimus quæ nos ab amato impediunt et irascimur contra ea. Sic igitur quod amatur non solum est in intellectu amantis, sed etiam in voluntate

ipsius; aliter tamen et aliter. In intellectu enim est secundum similitudinem sue speciei; in voluntate autem amantis est sicut terminus motus in principio motivo proportionato per convenientiam et proportionem quam habet ad ipsum; sicut in igne quodammodo est locus sursum, ratione levitatis, secundum quam habet proportionem et convenientiam ad talem locum; ignis vero generatus est in igne generante per similitudinem sue formæ.

Quia igitur ostensum est (I. II, c. 47) quod in omni natura intellectuali est voluntas, Deus autem intelligens est, ut ostensum est (I. I, c. 44), oportet quod in ipso sit voluntas; non quidem quod voluntas Dei sit aliquid ejus essentiae superveniens, sicut nec intellectus, ut supra (I. I,

de Dieu est sa substance elle-même; et, comme l'intelligence de Dieu est aussi sa substance même (liv. I, ch. 45), il s'ensuit qu'en Dieu l'intelligence et la volonté sont une seule chose. — On peut voir clairement par ce que nous avons dit dans le premier livre (ch. 51-53), comment ces choses qui, dans les autres êtres, sont au pluriel, ne sont en Dieu qu'une seule chose.

Dès lors que nous avons établi que l'opération de Dieu est son essence même (liv. I, ch. 32) et que son essence est sa volonté (liv. I, ch. 73), il s'ensuit qu'en Dieu la volonté n'est pas en puissance ou en habitude, mais en acte. Or, nous venons de montrer que tout acte de la volonté a sa racine dans l'amour. Donc l'amour est nécessairement en Dieu.

Parce qu'il a été prouvé dans le premier livre (ch. 80 et 86) que l'objet propre de la volonté de Dieu est sa bonté, il est nécessaire que Dieu aime premièrement et principalement sa bonté et lui-même.

Et comme nous avons fait voir que l'objet aimé est nécessairement en quelque manière dans la volonté de l'être qui l'aime, et que Dieu s'aime lui-même (liv. I, ch. 74), il est nécessaire que Dieu soit dans sa volonté, comme l'objet aimé est dans l'être qui l'aime. Or, l'objet aimé est dans l'être qui l'aime selon qu'il est aimé; aimer, c'est en quelque manière vouloir; pour Dieu vouloir, c'est son être, de même que sa volonté est son être. Donc l'être de Dieu, qui est dans sa volonté par la voie de l'amour, n'est pas un être accidentel, comme en nous, mais un être essentiel. Donc Dieu, considéré comme existant dans sa volonté, doit être vraiment et substantiellement Dieu.

c. 73) ostensum est, sed voluntas Dei est ipsa ejus substantia; et, quum intellectus etiam Dei sit ipsa ejus substantia (l. I, c. 45), sequitur quod una res sint in Deo intellectus et voluntas. — Qualiter autem hæc quæ in aliis rebus plures res sunt in Deo sint una res, ex his quæ in primo libro (c. 51-53), dicta sunt potest esse manifestum.

Et, quia ostensum est (l. I, c. 32) quod operatio Dei sit ipsa ejus essentia, et essentia sit ejus voluntas (l. I, c. 73), sequitur quod in Deo non est voluntas secundum potentiam vel habitum, sed secundum actum. Ostensum est autem quod omnis actus voluntatis in amore radicatur. Unde oportet quod in Deo sit amor.

Et quia, ut in primo libro (c. 80 et 86) ostensum est, proprium objectum divi-

voluntatis est ejus bonitas, necesse est quod Deus primo et principaliter suam bonitatem et seipsum amet.

Quum autem ostensum sit quod amatum necesse est aliquid esse in voluntate amantis, ipse autem Deus seipsum amet (l. I, c. 74), necesse est quod ipse Deus sit in sua voluntate ut amatum in amante. Est autem amatum in amante secundum quod amat: amare autem quoddam velle est; velle autem Dei est ejus esse, sicut et voluntas ejus est ejus esse. Esse igitur Dei in voluntate sua per modum amoris non est esse accidentale, sicut in nobis, sed essentielle. Unde oportet quod Deus, secundum quod consideratur ut in sua voluntate existens, sit vere et substantiabiliter Deus.

Quod autem aliquid sit in voluntate ut amatum in amante, ordinem quemdam ha-

Ce fait qu'une chose est dans la volonté, comme l'objet aimé dans l'être qui l'aime, a un certain rapport avec la conception par laquelle la chose est conçue par l'intelligence et avec la chose même dont la conception intellectuelle est appelée *verbe*, car rien ne serait aimé, s'il n'était pas connu de quelque manière, et la connaissance de l'objet aimé n'est pas seule aimée, mais l'objet l'est aussi en tant qu'il est bon en lui-même. Nécessairement donc, l'amour par lequel Dieu est dans la volonté divine, comme l'objet aimé dans l'être qui l'aime, procède et du Verbe de Dieu, et de Dieu dont il est le Verbe.

Puisque nous avons prouvé que l'objet aimé n'est pas dans l'être qui l'aime selon la ressemblance spécifique, comme l'objet connu est dans l'être qui connaît, et que tout être qui procède d'un autre par voie de génération procède du générateur selon la ressemblance spécifique, nous en concluons que pour qu'une chose soit dans la volonté comme l'objet aimé dans l'être qui l'aime, sa procession n'a pas lieu par voie de génération, comme cela se rencontre lorsque la procession d'une chose a la raison constitutive de la génération pour que cette chose existe dans l'intelligence, ainsi qu'il a été démontré (ch. 11). Donc, en tant que Dieu procède par voie d'amour, il ne procède pas comme étant engendré. Donc il ne peut pas non plus être appelé *fils*.

Mais, parce que l'objet aimé existe dans la volonté comme inclinant et poussant en quelque manière intrinsèquement l'être qui aime vers la chose même qui est aimée, et que l'impulsion d'un être vivant qui vient de l'intérieur appartient à l'esprit, le nom d'*Esprit* convient à Dieu en tant qu'il procède par voie d'amour, puisque sa spiration est comme une sorte d'aspiration. Aussi l'Apôtre attribue à l'esprit et à

bet ad conceptionem qua ab intellectu concipitur et ad ipsam rem cujus intellectualis conceptio dicitur *verbum*; non enim amaretur aliquid, nisi aliquo modo cognosceretur; nec solum amati cognitio amatur, sed secundum quod in se bonum est. Necessesse est igitur quod amor quo Deus est in voluntate divina ut amatum in amante, et a Verbo Dei et a Deo cujus est Verbum procedat.

Quum autem ostensum sit quod amatum in amante non est secundum similitudinem speciei, sicut intellectum in intelligente, omne autem quod procedit ab altero per modum geniti procedit secundum similitudinem speciei a generante, relinquatur quod processus rei ad hoc quod sit in voluntate sicut amatum in amante non sit per mo-

dum generationis, sicut processus rei ad hoc quod sit in intellectu habet rationem generationis, ut supra (c. 11) ostensum est. Deus igitur, procedens per modum amoris, non procedit ut genitus. Neque igitur *filius* dici potest.

Sed, quia amatum in voluntate existit ut inclinans et quodammodo impellens intrinsecus amantem in ipsam rem amatum, impulsus autem rei viventis ab interiori ad spiritum pertinet, convenit Deo per modum amoris procedenti ut *Spiritus* dicatur, ejus spiratione quasi quadam aspiratione existente. Hinc est quod Apostolus spiritui et amori impulsam quemdam attribuit; dicitur enim: *Quicumque spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei* (Rom., VIII, 14); et: *Charitas Christi urget nos* (II. Cor.,

l'amour une sorte d'impulsion; car il dit : *Tous ceux qui sont poussés par l'Esprit de Dieu sont fils de Dieu* (Rom., VIII, 14); et encore : *La charité du Christ nous presse* (II. Cor., v, 14). Et dès lors que tout mouvement intellectuel tire sa dénomination de son terme, et que c'est de cet amour que Dieu s'aime, il est convenable d'appeler Dieu procédant par voie d'amour *l'Esprit-Saint*; car la coutume est d'appeler saintes les choses consacrées à Dieu.

CHAPITRE XX.

Des effets attribués dans l'Écriture au Saint-Esprit, par rapport à la création tout entière.

Il nous faut examiner maintenant, d'après les données précédentes, les effets que l'Écriture attribue au Saint-Esprit :

1° Il a été démontré plus haut que la bonté divine est pour Dieu la raison de vouloir que d'autres êtres existent (liv. I, ch. 86), et qu'il leur donne l'existence par sa volonté (liv. II, ch. 23). Donc l'amour par lequel il aime sa bonté est la cause de la création des êtres. C'est pourquoy quelques anciens philosophes ont affirmé que l'amour des dieux est la cause de toutes choses, ainsi que nous le voyons dans le premier livre de la Métaphysique (1), et saint Denys dit que « l'amour de Dieu

(1) Qui ut in animalibus, ita in natura intellectum inesse causam mundi totiusque ordinis dixerat, quasi sobrius, comparatus ad antiquiores vana dicentes, apparuit. Ista autem rationes que palam attingit Anaxagoram fuisse scimus. Attamen Hermetimus Clazomenius dicitur causam prius dixisse. Qui igitur ita arbitrati sunt principium existentium posuerunt simul tam causam ipsius bene, quam illam unde motus existentibus inest. — Suspicaretur autem aliquis Hesiodum primum hoc quesivisse, et si quis alius amorem aut desiderium in existentibus ut principium posuit, sicuti Parmenides. Etenim is universi generationem monstrando, primum quidem inter omnes deos amorem, ait, produxit. Hesiodus vero, ante omnia fuisse chaos, deinde terram spatiosam, atque amorem, qui

v, 14). Quia vero omnis intellectualis motus a termino denominatur, amor autem predictus est quo Deus ipse amatur, convenienter Deus per modum amoris procedens dicitur *Spiritus Sanctus*; ea enim que Deo dicenda sunt sancta dei consecraverunt.

CAPUT XX.

De effectibus attributis Spiritui Sancto in Scripturis, respectu totius creaturæ.

Opertet autem, eorumdem convenientiam

predictorum, considerare effectus quos Spiritui Sancto Sacra Scriptura attribuit.

1° Ostensum est enim in superioribus (I, c. 86) quod bonitas Dei est ratio volendi quod alia sint, et per suam voluntatem res in esse producit (I, II, c. 23). Amor igitur quo suam bonitatem amat est causa creationis rerum; unde et quidam antiqui philosophi amorem deorum causam omnium esse posuerunt, ut patet in primo Metaphysicorum (c. 4); et Dionysius dicit quod « divinus amor non permisit ipsum sine germine esse » (De Divin. Nomin., c. 4). Habitum est autem ex præmissis (c. 19)

morem... opere compleverint (Ibid., XVIII, 21). Quod ergo dicitur : *Spiritus Domini ferebatur super aquas* (Gen., I, 2), intelligendum est eo modo quo dictum est (c. 19), sicut dicitur quod voluntas fertur in volitum, et amor in amatum; quamvis et hoc quidam non de Spiritu Sancto, sed de aere intelligere velint, qui habet naturalem locum super aquam; unde, ad ejus multimodas transmutationes significandas, dictum est quod *feretur super aquas*. Quod etiam dicitur : *Effundam Spiritum meum super omnem carnem* (Joël., II, 28), ea ratione dictum esse oportet intelligi qua Spiritus Sanctus dicitur mitti hominibus a Patre vel Filio, ut dictum est; verbo autem *effusionis* abundantia effectus Spiritus Sancti intelligitur, et quod non stabit in uno, sed ad plures

deveniet, a quibus etiam quodammodo in alios derivetur, sicut patet in his que corporaliter effunduntur.

6° Similiter autem, quod dicitur : *Auferam de spiritu tuo, tradamque eis* (Numer., XI, 17), non ad ipsam essentiam seu personam Spiritus Sancti referendum est, quam indivisibilis sit, sed ad ipsius effectus, secundum quos in nobis habitat, qui in homine possunt augeri et minui; non tamen ita quod id quod subtrahitur uni idem numero alteri conferatur, sicut in rebus corporalibus accidit, sed quia aliquid simile potest accrescere uni, in quo alii decrescit. Nec tamen requiritur ad hoc ut accrescat uni quod alteri subtrahatur, quia res spiritalis potest simul, absque detrimento cujuslibet, a pluribus possideri. Unde nec

soit enlevé à l'autre, parce qu'une chose spirituelle peut être possédée simultanément par plusieurs, sans détriment pour personne. Il n'est donc pas à supposer que les dons spirituels devaient nécessairement être retirés en partie à Moïse pour pouvoir être transférés à d'autres, mais il faut rapporter cela à un acte, ou bien à un ministère, puisque le Saint-Esprit accomplit dans la suite par plusieurs ce qu'il avait fait d'abord en n'employant que Moïse. — Élisée ne demanda pas non plus que l'essence ou la personne du Saint-Esprit s'accrût jusqu'au double, mais seulement que les deux effets produits par le Saint-Esprit dans Élie, savoir : la prophétie et le don des miracles, se retrouvassent aussi en lui. Il ne répugne point, toutefois, que quelqu'un participe aux effets du Saint-Esprit plus abondamment qu'un autre, au double ou dans toute autre proportion, puisque la puissance de chacun est mesurée et finie. Cependant, Élisée n'aurait pas eu la présomption de demander qu'il lui fût accordé de surpasser son maître dans les effets spirituels.

7° La coutume de l'Écriture fait voir également que c'est par une sorte de ressemblance que l'on transporte en Dieu les passions de l'âme humaine; par exemple, dans ce passage : *Dieu fut enflammé de colère contre son peuple* (Ps. cv, 40), il est dit que Dieu est en colère à raison d'une ressemblance d'effet; car il punit, comme le font ceux qui sont en colère; aussi le Psalmiste ajoute : *Et il les livra aux mains des nations* (Ibid., 41). De même, on dit que le Saint-Esprit est contristé à raison d'une ressemblance d'effet; car il se retire des pécheurs, comme une personne contristée s'éloigne de celles qui la contristent.

8° Il est ordinaire, dans le langage de l'Écriture, d'attribuer à Dieu

intelligendum est quod de donis spiritualibus oportuerit aliquid subtrahi Moysi ad hoc quod aliis conferretur, sed ad actum, sive ad officium referendum est, quia quod Spiritus Sanctus prius per solum Moysen effecerat postea per plures implevit. — Sic etiam nec Elisæus petiit ut Spiritus Sancti essentia seu persona duplicata augetetur, sed ut duo effectus Spiritus Sancti qui fuerant in Elia, scilicet prophetia et operatio miraculorum, essent etiam in ipso; quamvis etiam non sit inconveniens quod effectibus Spiritus Sancti unus alio abundantius participet, secundum duplam vel quantamcumque aliam proportionem, quam mensurata sit virtus uniuscujusque atque finita; non tamen hoc præsumpisset Elisæus petere ut in effectibus spiritualibus superaret magistrum.

7° Patet etiam, ex consuetudine sacræ Scripturæ, quod, per quamdam similitudinem, humani animi passiones transferuntur in Deum; sicut dicitur : *Iustus est furor Dominus in populum suum* (Psalm. cv, 40); dicitur enim Deus iratus per similitudinem effectus; punit enim, quod et irati faciunt; unde et ibidem subditur : *Et tradidit eos in manus gentium* (Ibid., 41). Sic et Spiritus Sanctus contristari dicitur per similitudinem effectus; deserit enim peccatores, sicut contristati deserunt contristantes.

8° Est etiam consuetus modus loquendi in Sacra Scripturâ ut illud Deo attribuitur quod in homine facit, secundum illud : *Nunc cognovi quod times Deum* (Gen., xxii, 12), id est nunc cognoscere feci; et hoc modo dicitur quod Spiritus Sanctus pos-

ce qu'il produit dans l'homme, comme dans cet endroit : *Je connais maintenant que vous craignez Dieu* (Gen., XXII, 12). c'est-à-dire, je l'ai fait connaître maintenant. C'est en ce sens qu'il est dit que le Saint-Esprit prie, parce qu'il nous fait prier; car il produit dans nos cœurs l'amour de Dieu, en vertu duquel nous désirons le posséder, et en le désirant, nous le demandons.

9^e Dis lors que le Saint-Esprit procède par la voie de l'amour dont Dieu s'aime lui-même, et que par le même amour Dieu s'aime lui-même et aime les autres êtres à cause de sa bonté, il est manifeste que l'amour dont Dieu nous aime appartient au Saint-Esprit; et il en est de même de l'amour dont nous aimons Dieu, puisque, selon ce que nous avons vu (ch. 21), c'est lui qui nous fait aimer Dieu. Il convient au Saint-Esprit d'être donné, à raison de ce double amour : d'abord à raison de l'amour dont Dieu nous aime, de la même manière que l'on dit qu'un homme donne son amour à un autre, lorsqu'il commence à l'aimer, bien que Dieu ne commence à aimer personne dans le temps, si l'on considère la volonté divine par laquelle il nous aime; toutefois, l'effet de son amour est produit dans l'homme dans le temps, lorsqu'il l'attire à lui. En second lieu, à raison de l'amour dont nous aimons Dieu, puisque le Saint-Esprit produit en nous cet amour; il habite donc en nous par cet amour, ainsi qu'il a été prouvé (ch. 21), et nous le possédons comme recevant son secours. Et comme le Saint-Esprit tient du Père et du Fils le pouvoir d'habiter en nous par l'amour qu'il y produit et d'être possédé par nous, il convient de dire que le Père et le Fils nous le donnent; et cela ne prouve nullement qu'il est inférieur au Père et au Fils, mais qu'il tire d'eux son origine. Il est dit aussi qu'il se donne lui-même à nous, en tant qu'il produit

culat, quia postulantes facit; facit enim amorem Dei in cordibus nostris, ex quo desideramus ipso frui et desiderantes postulamus.

9^o Quam autem Spiritus Sanctus procedat per modum amoris quo seipsum Deus amat, eodem autem amore Deus se et alia propter suam bonitatem amat, manifestum est quod ad Spiritum Sanctum pertinet amor quo Deus nos amat; similiter etiam amor quo nos Deum amamus, quum nos Dei faciat amatores, ut ex dictis (c. 21) patet. Et, quantum ad utramque, Spiritui Sancto competit donari: Ratione quidem amoris quo Deus nos amat, eo modo loquendi quo unusquisque dicitur dare amorem suum alieui, quum eam amare incipit,

quamvis Deus neminem ex tempore amare incipiat, si respiciatur ad voluntatem divinam qua nos amat; effectus tamen sui amoris ex tempore eansatur in aliquo, quum eum ad se trahit. Ratione autem amoris quo nos Deum amamus, quia hunc amorem Spiritus Sanctus facit in nobis; unde secundum hunc amorem in nobis habitat, ut ex dictis (c. 21) patet, et sic eum habemus ut cujus ope fruimur. Et, quia hoc est Spiritui Sancto a Patre et Filio quod per amorem quem in nobis causat in nobis sit et habeatur a nobis, convenienter dicitur a Patre et Filio nobis dari. Nec per hoc Patre et Filio minor ostenditur, sed ab ipsis habere originem. Dicitur etiam et a seipso

en nous, conjointement avec le Père et le Fils, l'amour par lequel il habite en nous.

10° Quoique le Saint-Esprit soit vrai Dieu et qu'il reçoive la nature divine du Père et du Fils, il ne s'ensuit pas qu'il est fils. On donne, en effet, le nom de fils à un être parce qu'il est engendré; par conséquent, si un être reçoit d'un autre la nature de cet autre, non par voie de génération, mais par tout autre moyen, il n'a pas la raison de la filiation : par exemple, si un homme, usant d'une puissance qui lui serait accordée par Dieu, faisait un homme d'une partie de son corps, ou même avec quelque chose d'extrinsèque, comme cela a lieu pour les œuvres d'art, on ne dirait pas que l'homme produit est fils de celui qui l'a produit, parce qu'il ne procéderait pas de lui par naissance. Or, nous avons démontré que la procession du Saint-Esprit n'a pas ce qui constitue la naissance (ch. 19). Donc, quoique le Saint-Esprit procède du Père et du Fils, on ne peut pas dire qu'il est leur fils.

11° La raison nous dit que la nature divine est la seule qui peut être communiquée de plusieurs manières, parce qu'il n'est vrai que de Dieu que son opération est son être. Par conséquent, comme il y a en lui, de même qu'en toute nature intelligente, l'acte de connaître et de vouloir, ce qui procède en lui par la voie de l'intelligence, comme le Verbe, ou bien par la voie de l'amour et de la volonté, comme l'amour, a nécessairement l'être divin et est Dieu. D'où il suit que le Saint-Esprit est vrai Dieu, aussi bien que le Fils.

Ceci suffit sur la question de la divinité du Saint-Esprit, les autres difficultés qui se présentent touchant sa procession doivent se résoudre

dari nobis, in quantum amorem, secundum quem nos inhabitat, simul cum Patre et Filio in nobis causat.

10° Quamvis autem Spiritus Sanctus verus sit Deus et veram naturam divinam habeat a Patre et Filio, non tamen oportet quod filius sit. Filius enim dicitur aliquis ex eo quod genitus est; unde, si res aliqua naturam alterius ab eo acciperet, non per genituram, sed per alium quemcumque modum, ratione filiationis careret; utputa si aliquis homo, virtute sibi divinitus ad hoc concessa, hominem faceret ex aliqua sui corporis parte, vel etiam exteriori modo, sicut facit artificiatum, productus homo producentis filius non diceretur, quia non procederet ab eo ut natus. Processio autem

Spiritus Sancti rationem nativitate non habet, ut supra (c. 19) ostensum est. Unde Spiritus Sanctus, licet a Patre et Filio divinam naturam habeat, non tamen eorum filius dici potest.

11° Quod autem in sola natura divina pluribus modis natura communicatur rationale est, quia in solo Deo ejus operatio est suum esse. Unde, quum in eo, sicut et in qualibet intellectuali natura, sit intelligere et velle, id quod procedit in eo per modum intellectus, ut Verbum, aut amoris et voluntatis, ut amor, oportet quod habeat esse divinum et sit Deus; et sic tam Filius quam Spiritus Sanctus est verus Deus.

Hæc igitur de Spiritus Sancti divinitate dicta sint; alia vero que circa ejus proces-

dre d'après les explications que nous avons données en traitant de la naissance du Fils.

CHAPITRE XXIV.

Le Saint-Esprit procède du Fils.

Nous voyons que plusieurs ont erré touchant la procession du Saint-Esprit, disant qu'il ne procède pas du Fils (1); il faut donc démontrer que le Saint-Esprit procède du Fils. En effet :

1° Il est clair, d'après la Sainte-Écriture, que le Saint-Esprit est l'Esprit du Fils; car il est dit : *Si quelqu'un n'a pas l'Esprit de Jésus-Christ,*

(1) Les Ariens et les Macédoniens, qui rejetaient la divinité du Saint-Esprit et prétendaient qu'il a été créé par le Fils seul, niaient par là même que le Saint-Esprit procède du Père et du Fils. Le second concile général assemblé à Constantinople condamna cette erreur en ajoutant, dans le symbole de Nicée, après ces mots : *Credimus in Spiritum Sanctum, eorumque : Dominum et vivificantem, qui ex Patre procedit.* On ne sait pas au juste qui a commencé à nier explicitement que le Saint-Esprit procède du Fils aussi bien que du Père, erreur à laquelle tiennent encore aujourd'hui avec opiniâtreté les églises phoitiennes. En 430, saint Cyrille d'Alexandrie combattit l'hérésie de Nestorius, et Théodoret, qui était lié avec Jean d'Antioche, ami et fauteur de Nestorius, entreprit de le réfuter. Saint Cyrille ayant avancé que ceux qui ne croient pas que le Saint-Esprit est l'Esprit propre du Fils ne sont pas catholiques (*Anathematismo nono*), Théodoret l'attaqua sur cet article et lui répondit que cela est vrai, si l'on entend que le Saint-Esprit est l'Esprit propre du Fils en ce sens qu'il lui est consubstantiel, mais que cette proposition est blasphématoire et impie, si l'on prétend que le Saint-Esprit tient son existence du Fils et par le Fils. Voilà ce qui a fait considérer Théodoret comme le premier auteur de cette théorie. Quoiqu'il en soit, au milieu du VII^e siècle les Grecs reprochaient aux Latins d'enseigner que le Saint-Esprit procède du Fils. Le célèbre abbé et martyr saint Maxime, qui était Grec, prit la défense de ces derniers. La dispute s'éleva dans le VIII^e siècle, et, sous le règne de Pépin et de Charlemagne plusieurs conciles furent assemblés à ce sujet en France, en Italie et en Allemagne. Le premier est celui de Gentilly, près Paris, en 767; le second, celui de Fréjus, en 791, et le troisième, celui de Francfort, le plus célèbre de tous. — Dès le troisième concile de Tolède, tenu en 589, les évêques d'Espagne, en témoignage de leur foi touchant la procession du Saint-Esprit, avaient fait au symbole de Constantinople la fameuse addition *Filioque*. Dans le VI^e siècle, l'usage de chanter le symbole dans les églises devint général en ce pays, et dans le cours du VIII^e siècle cet usage passa avec l'addition en France et en Allemagne. Une communauté de moines francs, établie en Palestine, au mont des Oliviers, et qui avait conservé le rit latin, observait cette coutume. Les Grecs traitèrent d'hérétiques ces religieux, qui portèrent leurs plaintes à Charlemagne. L'empereur fit tenir un concile à Aix-la-Chapelle, en 809. Une députation fut envoyée vers le pape

mionem difficultatem habent, ex his que de nativitate Filii dicta sunt, considerare oportet.

CAPUT XXIV.

Quod Spiritus Sanctus procedat a Filio.

Quidam vero circa Spiritus Sancti pro-

cessionem errare inventiuntur, dicentes Spiritum Sanctum a Filio non procedere; et ideo ostendendum est Spiritum Sanctum a Filio procedere.

1° Manifestum est enim ex Sacra Scriptura quod Spiritus Sanctus est Spiritus Filii; dicitur enim : *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus* (Rom., VIII, 9). Sed, ne aliquis possit dicere quod alius sit

il ne lui appartient pas (Rom., VIII, 9). Et, pour que personne ne puisse prétendre que l'Esprit qui procède du Père est autre que l'Esprit du Fils, ce passage de l'Apôtre prouve que le Père et le Fils ont le même Saint-Esprit; car ces paroles : *Si quelqu'un n'a pas l'Esprit de Jésus-Christ, il ne lui appartient pas*, viennent après celles-ci : *Si l'Esprit de Dieu habite en vous, etc.* (Ibid., 9). On ne peut pas dire que le Saint-Esprit n'est l'esprit de Jésus-Christ que parce qu'il l'a eu comme homme, selon ce que nous lisons : *Jésus plein du Saint-Esprit revint d'auprès du Jourdain* (Luc, IV, 1); car il est écrit : *Parce que vous êtes Fils, Dieu a envoyé dans vos cœurs l'Esprit de son Fils qui crie : Abba! Mon Père* (Galat., IV, 6)! Le Saint-Esprit nous rend donc enfants de Dieu parce qu'il est l'Esprit du Fils de Dieu. Or, nous devenons enfants de Dieu par une assimilation naturelle avec le Fils de Dieu, selon cette

saint Léon III, qui approuva la doctrine et blâma l'addition du *Filioque* comme inopportune, à cause de l'entêtement des Grecs. Un autre concile fut tenu à Arles pour le même sujet, en 813. Rome n'admit l'addition du *Filioque* qu'à la fin du IX^e siècle. Alors Photius, faux patriarche de Constantinople, condamné par le pape Nicolas I^{er}, essaya de se maintenir à la place d'Ignace, injustement déposé, en rompant avec l'Église romaine. Pour cela il calomnia la foi des Latins, qualifiant d'hérésie leur doctrine sur la procession du Saint-Esprit, et il composa même à cette occasion un libelle qu'il adressa à Adrien III, et qui fut reçu par Étienne VI, son successeur. Le schisme commencé par Photius fut consommé dans le XI^e siècle par Michel Césulaire. Il ambitionnait, comme plusieurs de ses prédécesseurs, le titre de *patriarche œcuménique*, que les souverains pontifes avaient constamment refusé d'accorder. Soutenu par l'empereur Constantin Monomaque, il se sépara avec éclat de Rome, colorant son ambition du zèle pour la pure doctrine, en particulier, pour ce qui touchait à la question de la procession du Saint-Esprit. Il fut excommunié, et depuis cette époque, les églises phoitiennes ont persisté dans leur déplorable séparation. D'autres conciles furent encore convoqués pour rétablir l'unité : 1^o Celui de Bari, en Italie, en 1097. Saint Anselme y parut avec éclat. 2^o Le quatrième de Latran, sous Innocent III, en 1215. Les patriarches de Constantinople et de Jérusalem rentrèrent en communion avec les Latins. 3^o Le second général de Lyon, sous Grégoire X, en 1274. Les Grecs y chantèrent avec les Latins le symbole avec l'addition *Filioque*. 4^o Le concile de Florence, en 1439, sous Eugène IV. Les évêques grecs, parmi lesquels était le célèbre cardinal Bessarion, signèrent la profession de foi des Latins. Marc d'Éphèse se sépara seul de ses collègues, et, de retour dans sa patrie, il travailla à perpétuer ce schisme malheureux qui, malgré les efforts constants des pontifes romains, a duré jusqu'ici, et que l'avilissement profond, où sont tombées les églises phoitiennes, menace de prolonger longtemps encore.

Spiritus qui procedit a Patre et alius qui est Filius, ostenditur ex verbis ipsorum Apostoli quod idem Spiritus Sanctus sit Patris et Filii; nam hoc quod inductum est : *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus*, subjungit postquam dixerat : *Si Spiritus Dei habitat in vobis, etc.* (Ibid., 9). Non autem potest dici Spiritus Sanctus esse Spiritus Christi ex hoc solo quod eum habuit tanquam homo, secundum illud : *Jesuplenuus Spiritus Sancto regressus est a Jordanne*

(Luc., IV, 1); dicitur enim : *Quantum estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem : Abba! Pater* (Galat., IV, 6)! Ex hoc ergo Spiritus Sanctus nos facit filios Dei in quantum est Spiritus Filii Dei. Efficiunt autem filii Dei adoptivi per assimilationem ad Filium Dei naturalem, secundum illud : *Quos praecevit, et praecevit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus* (Rom., VIII, 29). Sic igitur est Spiritus

parole : *Ceux qu'il a connus par sa prescience, il les a prédestinés à devenir conformes à l'image de son Fils, en sorte qu'il fût lui-même le premier-né parmi beaucoup de frères* (Rom., viii, 29). Ainsi donc, l'Esprit Saint est l'Esprit de Jésus-Christ en tant que celui-ci est le Fils naturel de Dieu. Or, il est impossible de supposer que le Saint-Esprit est l'esprit du Fils de Dieu à raison d'un autre rapport qu'une sorte d'origine, puisqu'on ne trouve que cette seule distinction entre les personnes divines. Il faut donc dire nécessairement que le Saint-Esprit est l'esprit du Fils parce qu'il procède de lui.

2° Le Saint-Esprit est envoyé par le Fils, d'après ce qui est dit : *Lorsque le Paraclet, que je vous enverrai de la part de mon Père, sera venu* (Joann., xv, 26). Or, celui qui envoie a une autorité quelconque sur celui qui est envoyé. Il faut donc admettre que le Fils a relativement au Saint-Esprit quelque autorité ; et cette autorité ne consiste ni dans le domaine, ni dans la supériorité, mais elle existe seulement à raison de l'origine. Ainsi donc, le Saint-Esprit procède du Fils.

Si l'on objecte que le Fils est lui-même envoyé par le Saint-Esprit, puisque nous lisons que le Seigneur dit que cette parole d'Isaïe fut accomplie en lui : *L'Esprit du Seigneur est sur moi... ; il m'a envoyé pour évangéliser les pauvres* (Luc, iv, 18), il faut observer que le Fils est envoyé à raison de la nature qu'il a prise. Or, le Saint-Esprit n'a point pris de nature créée pour que l'on puisse dire qu'il est envoyé par le Fils, ou que le Fils a autorité sur lui à raison de cette nature. Il reste donc à conclure que le Fils a autorité sur le Saint-Esprit considéré comme personne éternelle.

3° Le Fils dit du Saint-Esprit : *Il me glorifiera, parce qu'il recevra de*

Sanctus Spiritus Christi, in quantum est Filius Dei naturalis. Non potest autem secundum aliam habitudinem Spiritus Sanctus dici Spiritus Filii Dei nisi secundum aliquam originem, quia hæc sola distinctio in divinis invenitur. Necessæ est igitur dicere quod Spiritus Sanctus sic sit Filii quod ab eo procedat.

2° Item, Spiritus Sanctus a Filio mittitur, secundum illud : *Quem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre* (Joann., xv, 26). Mittens autem auctoritatem aliquam habet in missum. Oportet igitur dicere quod Filius habeat aliquam auctoritatem respectu Spiritus Sancti ; non autem dominii vel majoritatis, sed secundum solam originem. Sic igitur Spiritus Sanctus est a Filio.

Si quis autem dicat quod etiam Filius mittitur a Spiritu Sancto, quia dicitur quod Dominus dixit in se impletum illud Isaïæ : *Spiritus Domini super me... ; evangelizare pauperibus misit me* (Luc., iv, 18), considerandum est quod Filius a Spiritu Sancto mittitur secundum naturam assumptam. Spiritus autem Sanctus non assumpsit naturam creatam, ut secundum eam possit dici missus a Filio, vel Filius habere auctoritatem respectu ipsius. Relinquitur igitur quod, respectu personæ æternæ, Filius super Spiritum Sanctum auctoritatem habeat.

3° Amplius, Dicit Filius de Spiritu Sancto : *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis* (Joann., xvi, 14).

ce qui est à moi et vous l'annoncera (Joann., xvi, 14). Or, on ne peut pas prétendre qu'il reçoit ce qui est au Fils sans le recevoir du Fils, comme s'il recevait du Père l'essence divine qui appartient au Fils; aussi il ajoute : *Tout ce que mon Père possède est à moi; c'est pourquoi je vous ai dit qu'il recevra de ce qui est à moi* (Ibid., 15). En effet, si tout ce qui est au Père est au Fils, l'autorité du Père, en vertu de laquelle il est le principe du Saint-Esprit, appartient nécessairement aussi au Fils. De même donc que le Saint-Esprit reçoit du Père de ce qui est au Père, ainsi il reçoit du Fils de ce qui est au Fils.

4° Nous pouvons encore produire des autorités tirées des Docteurs de l'Église et même des Docteurs grecs. Saint Athanase dit : « Le Saint-Esprit n'a pas été fait, ni créé, ni engendré par le Père et le Fils, mais il en procède (2). » Nous lisons dans la lettre de saint Cyrille, qui fut reçue par le Concile de Chalcédoine : « Il est appelé l'Esprit de vérité, et il est l'Esprit de vérité, et il émane de lui [de Dieu le Fils], tout comme de Dieu le Père. » Didyme dit aussi, dans son *Traité du Saint-Esprit* : « Le Fils n'est pas autre chose après avoir reçu ce qui lui est donné par le Père; et la substance du Saint-Esprit n'est pas autre que quelques-uns l'accordent, » c'est-à-dire que le Saint-Esprit procède du Fils et qu'il émane du Fils (3). De tous les termes qui désignent l'origine, celui de *procession* est le plus étendu; car nous di-

[2] Ce passage est extrait du symbole communément attribué à saint Athanase, et qui se trouve dans le Bréviaire à l'office de Prime du dimanche. C'est l'exposé le plus complet qu'on ait jamais fait du mystère de la sainte Trinité.

[3] Didyme, quoique aveugle dès l'âge de cinq ans, acquit de vastes connaissances en se faisant lire les écrivains sacrés et profanes. Il professa la théologie à Alexandrie, où il eut pour disciples saint Jérôme, Ruffin, Pallade, Isidore et d'autres hommes illustres. Saint Jérôme traduisit en latin son *Traité du Saint-Esprit*, qui fut publié pour la première fois en grec, avec une version latine et des notes, par Mingarelli, à Bologne, en 1769.

Non autem potest dici quod accipiat id quod est Filii, non tamen accipiat a Filio, ut puta si dicatur quod accipiat essentiam divinam, quæ est Filii, a Patre; unde et subditur: *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt; propterea dixi quia de meo accipiet* [Ibid., 15]; si enim omnia quæ Patris sunt et Filii sunt, oportet quod auctoritas Patris, secundum quam est principium Spiritus Sancti, sit et Filii. Sicut ergo et Spiritus Sanctus accipit de eo quod est Patris a Patre, ita accipit de eo quod est Filii a Filio.

4° Adhuc etiam induci possunt auctori-

tates Doctorum Ecclesiæ, etiam Græcorum. Dicit enim Athanasius: « Spiritus Sanctus a Patre et Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. » Cyrillus etiam in Epistola sua, quam Synodus Chalcedonensis recepit, dicit: « Spiritus veritatis nominatur, et est Spiritus veritatis, et proficit ab eo, sicut denique et ex Deo Patre. » Didymus etiam dicit, in libro de Spiritu Sancto: « Neque quid est aliud Filius exceptis his quæ ei dantur a Patre; neque alia est Spiritus Sancti substantia præter id quod quidam concedunt; videlicet Spiritum Sanctum esse a Filio et

sons que tout être qui vient d'un autre en procède ; et, comme les termes communs désignent mieux les choses divines que ceux qui ont un sens spécial, il faut s'en tenir de préférence à celui de procession lorsqu'il s'agit de l'origine des personnes divines. Par conséquent, si l'on accorde que le Saint-Esprit existe par le Fils ou en émane, il s'ensuit qu'il procède de lui.

5° On lit dans les décisions du cinquième Concile (4) : « Nous suivons « en toutes choses les saints Pères et Docteurs de l'Église, Athanase, « Hilaire, Basile, Grégoire le théologien, Grégoire de Nysse, Ambroise, « Augustin, Théophile, Jean de Constantinople, Cyrille, Léon, Probus, « et nous recevons tout ce qu'ils ont écrit touchant la vraie foi et « pour la condamnation des hérétiques. » Or, il est démontré par une foule de passages de saint Augustin, tirés surtout de son livre *de la Trinité* et de son traité *Sur saint Jean*, que le Saint-Esprit procède du Fils. Il faut donc accorder que le Saint-Esprit procède du Fils.

On le prouve encore par des raisons évidentes.

1° Si l'on supprime parmi les êtres la distinction matérielle, qui ne saurait se rencontrer dans les personnes divines, ils ne se distinguent plus entre eux que par opposition ; car les choses qui ne sont nullement opposées entre elles peuvent coexister dans un même être, et, par conséquent, elles sont incapables d'établir une distinction : ainsi, la blancheur et la forme triangulaire, quoique diverses, sont quelquefois dans le même sujet, parce qu'elles ne sont pas opposées.

(4) C'est le second concile général tenu à Constantinople. Il fut assemblé par le pape Vigile, le 4 mai 553, à l'occasion de l'affaire des *Trois Chapitres*, qui y furent condamnés.

profluere ab ipso. Verbum enim processionis, inter omnia quæ ad originem pertinent, magis invenitur esse commune; quidquid enim quocumquemodo est ab aliquo, ab ipso procedere dicimus; et, quia divina melius per communia quam per specialia designantur, verbum processionis in origine divinarum personarum maxime est attendendum. Unde, si concedatur quod Spiritus Sanctus sit a Filio vel profuatur ab eo, sequitur quod ab eo procedat.

5° Item, Habetur in determinatione quinti Concilii : « Sequimur per omnia sanctos « Patres et Doctores Ecclesie, Athanasium, « Hilarium, Basillum, Gregorium theologum, « Gregorium Nyssenum, Ambrosium, Au- « gustinum, Theophilum, Joannem Cons- « tantinopolitanum, Cyrillum, Leonem,

« Probum; et suscipimus omnia quæ de « recta fide et damnatione hæreticorum « exposuerunt. » Manifestum est autem ex multis auctoritatibus Augustini, et præcipue in libro *de Trinitate* et *Super Joannem*, quod Spiritus Sanctus sit a Filio. Oportet igitur concedi quod Spiritus Sanctus sit a Filio.

Hoc etiam evidentibus rationibus apparet.

1° In rebus enim, remota materiali distinctione, quæ in divinis personis locum habere non potest, non inveniuntur aliquæ distingui nisi per aliquam oppositionem; quæ enim nullam oppositionem habent ad invicem simul esse possunt in eodem, unde per ea distinctio causari non potest; album enim et triangulare, licet diversa sint, quia tamen non opponuntur, in eodem esse con-

Or, nous devons supposer, selon l'enseignement de la foi catholique, que le Saint-Esprit est distinct du Fils; autrement il n'y aurait pas trinité, mais dualité de personnes. Nécessairement donc cette distinction provient de quelque opposition. Or, ce n'est pas d'une opposition d'affirmation et de négation, parce que c'est ainsi que l'on distingue l'être du non-être; ni d'une opposition de privation et d'habitude, parce que celle-ci distingue les êtres parfaits des êtres imparfaits; ni d'une opposition de contrariété, parce que cette opposition distingue les êtres de formes diverses; car la contrariété, comme les philosophes l'enseignent, est une différence dans la forme, et cette différence ne convient point aux personnes divines, puisqu'elles ont une forme unique, de même qu'une seule essence, comme le dit l'Apôtre, en parlant du Fils : *Qui, ayant la forme de Dieu* (Philipp., II, 6), c'est-à-dire du Père. Reste donc cette conséquence, qu'une personne divine ne se distingue de l'autre que par une opposition de relation; car le Fils n'est distinct du Père qu'à raison de l'opposition relative qui existe entre un père et son fils. Il ne peut y avoir, en effet, entre les personnes divines d'autres oppositions relatives que celles qui proviennent de l'origine, puisque les oppositions relatives sont fondées ou sur la quantité, comme le double et la moitié; ou sur l'action et la passion, comme le maître et le serviteur, le moteur et le mobile, le père et le fils. — De plus, parmi les relatifs fondés sur la quantité, il en est qui sont fondés sur des quantités diverses, comme le double et la moitié, le plus et le moins; d'autres sur l'unité, comme *le même*, qui signifie un en substance, *l'égal*, qui signifie un en quantité, et *le semblable*, qui signifie un en qualité. Les personnes divines ne peuvent donc pas se

tingit. Oportet autem supponere, secundum fidei catholicæ documenta, quod Spiritus Sanctus a Filio distinguatur; aliter enim non esset trinitas, sed dualitas in personis. Oportet igitur hujusmodi distinctionem per aliquam oppositionem fieri. Non autem oppositione affirmationis et negationis, quia sic distinguuntur entia a non entibus; nec etiam oppositione privationis et habitus, quia sic distinguuntur perfecta ab imperfectis; neque etiam oppositione contrarietatis, quia sic distinguuntur quæ sunt secundum formam diversa; nam contrarietas, ut philosophi docent, est differentia secundum formam, quæquidem differentia divinis personis non convenit, quum earum sit una forma, sicut una essentia, secundum illud Apostoli, de Filio dicentis: *Qui quom in for-*

ma Dei esset (Philipp., II, 6), scilicet Patris. Relinquitur igitur unam personam divinam ab alia non distingui nisi oppositione relationis; sic enim Filius a Patre distinguitur secundum oppositionem relativam patris et filii. Non enim in divinis personis alia relativa oppositio esse potest, nisi secundum originem. Nam relative opposita vel super quantitatem fundantur, ut duplum et dimidium; vel super actionem et passionem, ut dominus et servus, movens et motum, pater et filius. — Rursus, relativorum quæ super quantitatem fundantur quædam fundantur super diversam quantitatem, ut duplum, et dimidium, majus et minus; quædam super ipsam unitatem, ut *idem*, quod significat unum in substantia, et *æqualis*, quod significat unum in quantitate, et

distinguer par des relations fondées sur la différence de quantité, parce que, s'il en était ainsi, l'égalité des trois personnes serait détruite; ni par des relations fondées sur l'unité; car il ne résulte aucune distinction de ces relations, qui impliquent plutôt une convenance, quoique peut-être quelques-unes présupposent la distinction. Dans toutes les relations fondées sur l'action et la passion, l'un des relatifs est toujours comme sujet et d'une puissance inégale, excepté seulement dans les relations d'origine, qui n'indiquent aucune infériorité, parce que, dans ce cas, un être produit un autre être semblable et égal à lui quant à la nature et à la puissance. Les personnes divines ne peuvent donc se distinguer que par une opposition relative d'origine. Donc, si le Saint-Esprit est distinct du Fils, il procède nécessairement de lui; car il n'y a pas lieu de dire que le Fils procède du Saint-Esprit, puisqu'il est dit plutôt que le Saint-Esprit est l'Esprit du Fils et qu'il est donné par le Fils.

2^o Le Fils et le Saint-Esprit procèdent du Père. Donc la relation du Père avec le Fils et le Saint-Esprit doit être la même que celle du principe avec ce qui découle du principe. Or, à raison de la paternité, il est en relation avec le Fils, et non avec le Saint-Esprit, parce qu'autrement le Saint-Esprit serait fils; et la paternité n'existe que par rapport au fils. Il y a donc nécessairement dans le Père une autre relation, qui le met en rapport avec le Saint-Esprit, et qui s'appelle *spiration*. De même, comme il y a dans le Fils une relation qui le met en rapport avec le Père, et qu'on appelle la filiation, il faut qu'il y ait aussi dans le Saint-Esprit une autre relation qui le mette en rapport avec le Père, et on l'appellera *procession*. Ainsi il existe deux relations quant

simile, quod significat unum in qualitate. Divinæ igitur personæ distingui non possunt relationibus fundatis super diversitatem quantitatis, quia sic tolleretur trium personarum æqualitas; neque iterum relationibus quæ fundantur super unum; hujusmodi enim relationes distinctionem non causant, imo magis ad convenientiam pertinere inveniuntur, etsi forte aliqua eorum distinctionem præsupponant. In relationibus vero omnibus super actionem vel passionem fundatis, semper alterum est ut subjectum et inæquale secundum virtutem, nisi solum in relationibus originis, in quibus nulla minoratio designatur, eo quod invenitur aliquid producere sibi simile et æquale, secundum naturam et virtutem. Relinquitur igitur quod divinæ personæ distingui non

possunt nisi oppositione relativa secundum originem. Oportet igitur, si Spiritus Sanctus a Filio distinguitur, quod sit ab eo; non enim est dicere quod Filius sit a Spiritu Sancto, quum Spiritus Sanctus magis Filii esse dicatur et a Filio detur.

2^o Item, A Patre est et Filius et Spiritus Sanctus. Oportet igitur Patrem referri et ad Filium, et ad Spiritum Sanctum, ut principium ad id quod est a principio. Refertur autem ad Filium ratione paternitatis, non autem ad Spiritum Sanctum, quia tunc Spiritus Sanctus esset filius; paternitas enim non dicitur nisi ad filium. Oportet igitur in Patre esse aliam relationem, qua referatur ad Spiritum Sanctum, et vocetur *spiratio*. Similiter, quum in Filio sit quedam relatio qua refertur ad Patrem, que

à l'origine que le Fils tire du Père, l'une dans le principe de cette origine et l'autre dans la personne qui tire son origine de ce principe, savoir la paternité et la filiation; et quant à l'origine du Saint-Esprit, il y en a deux autres, qui sont la spiration et la procession. La paternité et la spiration ne constituent donc pas deux personnes, mais elles appartiennent à la seule personne du Père, parce qu'elles ne sont pas opposées l'une à l'autre. La filiation et la procession ne constitueraient donc pas non plus deux personnes, mais elles appartiendraient à une seule, si elles n'étaient pas opposées entre elles. Or, il est impossible d'assigner d'autres oppositions que celle qui résulte de l'origine. Donc il doit y avoir une opposition d'origine entre le Fils et le Saint-Esprit, en sorte que l'un procède de l'autre.

3° Toutes les fois que des êtres se réunissent dans quelque chose de commun, s'ils se distinguent entre eux, ce doit être à raison de certaines différences qui sont inhérentes essentiellement et non par accident à cette chose commune : par exemple, l'homme et le cheval se réunissent dans le genre animal, et ils sont distincts l'un de l'autre, non par la couleur blanche et la couleur noire, qui se trouvent accidentellement dans l'animal, mais par les attributs de raisonnable et de non-raisonnable, qui sont essentiellement inhérents à l'animal, parce que comme l'animal est un être doué d'une âme, sa distinction doit reposer sur ce qu'il a telle ou telle âme, c'est-à-dire une âme raisonnable ou non-raisonnable. Or, il est clair que le Fils et le Saint-Esprit ont cela de commun, qu'ils existent par un autre, puisqu'ils procèdent tous deux du Père; et, sous ce rapport, il convient au Père de différer de l'un et de l'autre en tant qu'il ne peut pas naître. Si donc le Saint-

dicitur filiatio, oportet quod in Spiritu Sancto sit etiam alia relatio qua referatur ad Patrem, et dicatur *processio*. Et sic, secundum originem Filii a Patre, sunt due relationes, una in originante, alia in originato, scilicet paternitas et filiatio; et alie due ex parte originis Spiritus Sancti, scilicet spiratio et processio. Paternitas igitur et spiratio non constituunt duas personas, sed ad unam personam Patris pertinent, quia non habent oppositionem ad invicem. Neque igitur filiatio et processio duas personas constituerent, sed ad unam pertinerent, nisi haberent oppositionem ad invicem. Non est autem dare aliam oppositionem nisi secundum originem. Oportet igitur quod sit oppositio originis inter Filium et Spiritum Sanctum, ita quod unus sit ab alio.

3° Adhuc, Quæcumque conveniunt in aliquo communi, si distinguantur ad invicem, oportet quod distinguantur secundum aliquas differentias per se et non per accidens pertinentes ad illud commune; sicut homo et equus conveniunt in animali et distinguuntur ab invicem, non per album et nigrum, quæ se habent per accidens ad animal, sed per rationale et irrationale, quæ per se ad animal pertinent: quia, quum animal sit habens animam, oportet quod hoc distinguatur per hoc quod est habere animam talem vel talem, utputa rationalem vel irrationalem. Manifestum est autem quod Filius et Spiritus Sanctus conveniunt in hoc quod est esse ab alio, quia uterque est a Patre; et, secundum hoc, Pater convenienter differt ab utroque, in quantum est innasci-

Esprit est distinct du Fils, c'est nécessairement par des différences qui divisent essentiellement cet attribut d'exister par un autre; et ces différences ne peuvent être que de même genre, c'est-à-dire qu'elles affectent l'origine, en sorte que l'un d'eux existe par l'autre. La conséquence est donc que, pour être distinct du Fils, le Saint-Esprit existe nécessairement par le Fils.

4° Si l'on dit que le Saint-Esprit se distingue du Fils, non parce qu'il vient du Fils, mais parce qu'ils tirent différemment l'un et l'autre leur origine du Père, on est forcé d'en revenir réellement à la même conclusion. En effet, si le Saint-Esprit est distinct du Fils, ils doivent avoir une origine ou une procession différente. Or, deux origines ne peuvent se distinguer que par le terme, ou le principe, ou le sujet; comme l'origine du cheval diffère de l'origine du bœuf: par le terme, en tant que ces deux origines se terminent à des natures d'espèces diverses; par le principe, supposé que, dans la même espèce de l'animal, certains êtres soient produits par la seule puissance active du soleil, et d'autres par la puissance active du sperme, conjointement avec celle du soleil; enfin la génération de tel cheval se distingue de la génération de tel autre par le sujet, en tant que des matières diverses reçoivent la nature de l'espèce. Cette distinction qui repose sur le sujet ne saurait se rencontrer dans les personnes divines, puisqu'elles sont absolument immatérielles. Les processions ne peuvent pas non plus se distinguer par le terme, s'il est permis de s'exprimer ainsi, parce que cette seule et même nature que le Fils reçoit en naissant, le Saint-Esprit la reçoit en procédant. La distinction entre l'origine de chacune ne peut donc venir que du principe. Or, il est clair que le Père seul est

bilis. Si igitur Spiritus Sanctus distinguatur a Filio, oportet quod hoc sit per differentias quæ per se dividant hoc quod est esse ab alio; quæquidem non possunt esse nisi differentiæ ejusdem generis, scilicet ad originem pertinentes, ut unum eorum sit ab alio. Relinquitur ergo quod, ad hoc ut Spiritus Sanctus distinguatur a Filio, necesse est quod sit a Filio.

4° Amplius, Si quis dicat Spiritum Sanctum distingui a Filio, non quia sit a Filio, sed propter diversam originem utriusque a Patre, in idem hoc realiter redire necesse est. Si enim Spiritus Sanctus est alius a Filio, oportet quod alia sit origo vel processio utriusque. Dux autem origines non possunt distingui nisi per terminum, vel principium, vel subjectum; sicut origo

equi differt ab origine bovis: ex parte terminum, secundum quod hæc duæ origines terminantur ad naturas speciè diversas; ex parte autem principii, ut si supponamus, in eadem speciè animalis, quædam generari ex virtute activa solis tantum, quædam autem simul cum hac ex virtute activa seminis; ex parte vero subjecti differt generatio hujus equi et illius, secundum quod natura speciè in diversa materia recipitur. Hæc autem distinctio, quæ est ex parte subjecti, in divinis personis locum habere non potest, quum sint omnino immateriales. Similiter etiam ex parte termini, ut ita liceat loqui, non potest esse processionum distinctio, quia unam et eandem divinam naturam, quam accipit Filius nascendo, accipit Spiritus Sanctus procedendo. Relin-

le principe d'où le Fils tire son origine. Si donc le Père seul est le principe d'où procède le Saint-Esprit, la procession du Saint-Esprit ne sera pas autre que la génération du Fils; et ainsi le Saint-Esprit lui-même ne se distinguera pas du Fils. Pour que les processions et les personnes qui procèdent soient distinctes, il est donc nécessaire d'admettre que le Saint-Esprit ne procède pas du Père seul, mais du Père et du Fils.

5° Si l'on affirme encore que la différence des processions repose sur le principe, en tant que le Père produit le Fils par voie de connaissance, comme son Verbe, et le Saint-Esprit par la voie de sa volonté, comme son amour, il faudra dire d'après cela que la distinction entre les deux processions et les deux personnes qui procèdent correspond à la différence qui est en Dieu le Père entre la volonté et l'intelligence. Or, nous avons démontré qu'il n'y a pas de distinction réelle, mais seulement une distinction de raison entre la volonté et l'intelligence de Dieu le Père (l. 1, ch. 45 et 73). Il suit donc de là que les deux processions et les deux personnes qui procèdent ne diffèrent que rationnellement. Or, on affirme réciproquement l'une de l'autre deux choses qui ne diffèrent que rationnellement; car il est vrai de dire que la volonté de Dieu est son intelligence, et réciproquement. Donc il sera vrai de dire que le Saint-Esprit est le Fils, et réciproquement; et l'on tombe ainsi dans l'impiété de Sabellius. Il ne suffit donc pas, pour établir une distinction entre le Saint-Esprit et le Fils, de dire que le Fils procède par voie de connaissance et le Saint-Esprit par la voie de la volonté, si l'on ne dit aussi en même temps que le Saint-Esprit procède du Fils.

quatur igitur quod utriusque originis distinctio non potest esse nisi ex parte principii. Manifestum est autem quod principium originis Filii est Pater solus. Si igitur processionis Spiritus Sancti principium sit solus Pater, non erit alia processio Spiritus Sancti a generatione Filii; et sic nec Spiritus Sanctus distinctus a Filio. Ad hoc igitur quod sint alie processionis et alii procedentes, necesse est dicere quod Spiritus Sanctus non sit a solo Patre, sed a Patre et Filio.

5° Si quis vero iterum dicat quod differunt processionis secundum principium, in quantum Pater producit Filium per modum intellectus, ut Verbum, Spiritum autem Sanctum per modum voluntatis, quasi amo-

rem, secundum hoc oportebit dici quod secundum differentiam voluntatis et intellectus in Deo Patre distinguantur duæ processionis et duo procedentes. Sed voluntas et intellectus in Deo Patre non distinguuntur secundum rem, sed solum secundum rationem, ut ostensum est (l. 1, c. 45 et 73). Sequitur igitur quod duæ processionis et duo procedentes differant solum ratione. Ea vero quæ solum ratione differunt de se invicem prædicantur; verum enim est dicere quod divina voluntas est intellectus ejus, et e converso. Verum ergo erit dicere quod Spiritus Sanctus est Filius, est e converso; quod est Sabellianæ impietatis. Non igitur sufficit, ad distinctionem Spiritus Sancti et Filii, dicere quod Filius procedat per mo-

6° Dès lors que l'on affirme que le Saint-Esprit procède par la voie de la volonté, et le Fils par la voie de la connaissance, il s'ensuit que le Saint-Esprit procède du Fils; car l'amour procède du Verbe, parce que nous ne pouvons rien aimer sans le concevoir par le verbe du cœur.

7° Si l'on considère les diverses espèces des êtres, on y remarque un certain ordre qui consiste en ce que les êtres vivants sont au-dessus de ceux qui n'ont point la vie, et les animaux sont supérieurs aux plantes, et l'homme domine les autres animaux, parce qu'on trouve dans chacun des degrés divers selon les diverses espèces; c'est ce qui fait dire à Platon que les espèces des êtres sont des nombres, qui changent d'espèce par l'addition ou la soustraction d'une unité. Par conséquent, il ne peut y avoir de distinction pour les substances immatérielles qu'à raison de l'ordre. Or, le seul ordre possible pour les personnes divines, qui sont absolument immatérielles, c'est celui de l'origine. Donc deux personnes ne procèdent pas d'une seule sans que l'une d'elles procède de l'autre; et ainsi le Saint-Esprit procède nécessairement du Fils.

8° A raison de l'unité d'essence, le Père et le Fils ne diffèrent qu'en ce que l'un est Père et l'autre est Fils. Donc tout autre attribut est commun au Père et au Fils. Or, être le principe du Saint-Esprit, c'est en dehors de la raison qui constitue la paternité et la filiation; car nous avons observé que la relation en vertu de laquelle le Père est Père est autre que la relation en vertu de laquelle le Père est le principe du Saint-Esprit (ch. 19). Donc être le principe du Saint-Esprit c'est un attribut commun au Père et au Fils.

dum intellectus, et Spiritus Sanctus per modum voluntatis, nisi cum hoc dicatur etiam quod Spiritus Sanctus sit e Filio.

6° Præterea, Ex hoc ipso quod dicitur quod Spiritus Sanctus procedit per modum voluntatis, et Filius per modum intellectus, sequitur quod Spiritus Sanctus sit a Filio; nam amor procedit a Verbo, eo quod nihil amare possumus, nisi verbo cordis illud concipiamus.

7° Item, Si quis diversas species rerum consideret, in eis quidam ordo ostenditur, prout viventia sunt supra non viventia, et animalia supra plantas, et homo super alia animalia, quum in singulis horum diversi gradus inveniantur secundum diversas species; unde et Plato species rerum dixit esse numeros, qui specie variantur per additionem

vel subtractionem unitatis. Unde, in substantiis immaterialibus, non potest esse distinctio nisi secundum ordinem. In divinis autem personis, quæ sunt omnino immateriales, non potest esse alius ordo nisi originis. Non igitur sunt duæ personæ ab una procedentes, nisi una earum procedat ab altera; et sic oportet Spiritum Sanctum procedere a Filio.

8° Adhuc, Pater et Filius, quantum ad unitatem essentiae, non differunt nisi in hoc quod hic est Pater et hic est Filius. Quidquid igitur præter hoc est, commune est Patri et Filio. Esse autem principium Spiritus Sancti est præter rationem paternitatis et filiationis; nam alia relatio est qua Pater est Pater et qua Pater est principium Spiritus Sancti, ut supra (c. 19) dictum est. Esse igitur

9° Il ne répugne qu'accidentellement que ce qui n'est pas contraire à la raison d'un être lui convienne. Or, être le principe du Saint-Esprit n'est point contraire à la raison constitutive du Fils : ni en tant qu'il est Dieu, puisque le Père, qui est Dieu, est le principe du Saint-Esprit; ni en tant qu'il est Fils, parce que la procession du Saint-Esprit diffère de celle du Fils; et, d'un autre côté, il ne répugne pas qu'un être qui vient d'un principe par une procession soit lui-même le principe d'une autre procession. Donc il n'est pas impossible que le Fils soit le principe du Saint-Esprit. Or, ce qui n'est pas impossible peut exister. Et, pour les personnes divines, l'être ne diffère pas de la puissance. Donc le Fils est le principe du Saint-Esprit.

CHAPITRE XXV.

Raisons apportées par ceux qui prétendent prouver que le Saint-Esprit ne procède pas du Fils, et réponse.

Il en est qui, voulant résister opiniâtrément à la vérité, combattent cette doctrine par des raisons qui méritent à peine une réponse.

1° Ils allèguent que le Seigneur, en parlant de la procession du Saint-Esprit, dit qu'il procède du Père, sans faire aucune mention du Fils, comme dans ce passage : *Lorsque le Paraclet, l'Esprit de vérité, qui procède du Père, et que je vous enverrai de la part de mon Père, sera venu* (Joann., xv, 26). D'où ils concluent que, puisque l'on ne doit rien penser de Dieu que ce qu'enseigne l'Écriture, il n'est pas permis de dire que le Saint-Esprit procède du Fils.

principium Spiritus Sancti est commune Patri et Filio.

9° Amplius, Quidquid non est contra rationem alicujus non est impossibile ei convenire, nisi forte per accidens. Esse autem principium Spiritus Sancti non est contra rationem Filii: neque in quantum est Deus, quia Pater, qui est Deus, est principium Spiritus Sancti; neque in quantum est Filius, eo quod alia est processio Spiritus Sancti et alia Filii; non est autem repugnans id quod est a principio secundum unam processionem esse principium processionis alterius. Relinquitur igitur quod non sit impossibile Filium esse principium Spiritus Sancti. Quod autem non est impossibile potest esse. In divinis autem non differt esse et posse. Ergo Filius est principium Spiritus Sancti.

CAPUT XXV.

Rationes ostenders volentium quod Spiritus Sanctus non procedat a Filio, et solutio ipsarum.

Quidam vero, pertinaciter veritati resistere volentes, quædam in contrarium inducunt, quæ vix responsione sunt digna.

1° Dicunt enim quod Dominus, de processione Spiritus Sancti loquens, eum a Patre procedere dixit, nulla mentione facta de Filio, ut patet ubi dicitur : *Quum venerit Paracletus, quem ego mitam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit* (Joan., xv, 26). Unde, quum de Deo nihil sit sentiendum nisi quod Scriptura tradit, non est dicendum quod Spiritus Sanctus procedat a Filio.

Cette raison est tout à fait frivole ; car, à cause de l'unité d'essence, ce que l'Écriture affirme d'une personne, on doit l'entendre de l'autre, à moins que cela ne répugne à sa propriété personnelle, lors même que la proposition renferme un terme exclusif : ainsi, quoique nous lisions que *personne ne connaît le Fils, sinon le Père* (Matth., xi, 27), ni le Saint-Esprit, ni le Fils lui-même ne sont exclus de la connaissance du Fils. Par conséquent, quand même il serait dit dans l'Évangile que le Saint-Esprit ne procède que du Père, cela n'empêcherait pas qu'il ne procédât aussi du Fils, puisque cette procession ne répugne nullement à la propriété du Fils, comme nous l'avons démontré (ch. 24). On ne doit pas s'étonner que le Seigneur ait dit que le Saint-Esprit procède du Père, sans parler de lui, parce qu'il a coutume de tout rapporter au Père, de qui il tient tout ce qu'il possède, comme lorsqu'il dit : *Ma doctrine n'est pas la mienne, mais elle est de celui qui m'a envoyé, c'est-à-dire du Père* (Joann., vii, 16) ; et nous trouvons dans les discours du Seigneur beaucoup de locutions semblables employées pour relever l'autorité du principe, qui est dans le Père. Cependant, dans le texte cité plus haut, il n'omet pas entièrement de dire qu'il est aussi le principe du Saint-Esprit, puisqu'il l'appelle *l'Esprit de la vérité, et qu'il s'est appelé lui-même auparavant la Vérité* (1).

2^o Ils objectent également qu'on trouve dans les actes de quelques Conciles la défense, avec menace d'anathème, de rien ajouter au Symbole rédigé par les Conciles, et dans lequel il n'est point dit que le Saint-Esprit procède du Fils ; et sur cela ils reprochent aux Latins d'a-

(1) *Ego sum via, VERITAS et vita* (JOANN., XIV, 6).

Sed hoc omnino frivolum est. Nam, propter unitatem essentiam, quod in Scripturis de una persona dicitur et de alia oportet intelligi, nisi repugnet proprietati personali ipsius, etiamsi dictio exclusiva adderetur ; licet enim dicatur quod *nemo novit Filium, nisi Pater* (Matth., xi, 27), non tamen a cognitione Filii vel ipse Filius vel Spiritus Sanctus excluditur. Unde, etiamsi diceretur in Evangelio quod Spiritus Sanctus non procedit nisi a Patre, non per hoc removeretur quin procederet a Filio, quum hoc proprietati Filii non repugnet, ut ostensum est (c. 24). Nec est mirum si Dominus Spiritum Sanctum a Patre procedere dixit, de se mentione non facta, quia omnia ad Pa-

trem referre solet, a quo habet quidquid habet ; sicut quum dicit : *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me, Patris* (Joann., vii., 16) ; et multa hujusmodi in verbis Domini inveniuntur ad commendandam in Patre auctoritatem principii. Nec tamen in auctoritate præmissa omnino obtineat esse Spiritus Sancti principium, quum dixit eum *Spiritum veritatis* ; se autem prius dixerat *Veritatem*.

2^o Objiciunt etiam quod in quibusdam Conciliis invenitur sub interminatione anathematis prohibitum ne aliquid addatur in Symbolo in Conciliis ordinato, in quo tamen de processione Spiritus Sancti a Filio mentio non habetur ; unde arguant Latines

voir encouru l'anathème pour avoir fait cette addition au Symbole (2).

Mais cette objection n'a aucune valeur. Il est dit, en effet, dans les décrets du Concile de Chalcédoine, que les Pères réunis à Constantinople ont corroboré la doctrine du Concile de Nicée. Ils n'ont pas prétendu pour cela qu'elle était défectueuse, mais ils ont voulu expliquer, par des témoignages de l'Écriture, la pensée des Pères de ce Concile, touchant le Saint-Esprit, pour combattre ceux qui essayèrent de lui enlever la qualité de Seigneur. Il faut répondre également que cette doctrine, que le Saint-Esprit procède du Fils, est implicitement contenue dans le Symbole de Constantinople, dans l'article où il est dit qu'il procède, parce que, comme nous venons de l'observer, on doit entendre aussi du Fils ce qui est attribué au Père. Au reste, l'autorité du Pontife Romain suffisait pour faire cette addition, puisque nous voyons que c'est elle qui a confirmé les anciens Conciles.

3° Ils font encore ces raisonnements, que le Saint-Esprit étant simple, il ne peut procéder de deux personnes ; que si le Saint-Esprit procède parfaitement du Père, il ne procède pas du Fils, et d'autres semblables, que peuvent renverser facilement même ceux qui sont peu versés dans la Théologie.

En effet, le Père et le Fils sont un principe unique du Saint-Esprit, à cause de l'unité de la puissance divine, et ils produisent le Saint-Esprit par une production unique, de même que les trois personnes sont un principe unique de la créature et qu'elles produisent la créature par une action unique.

(2) Cette défense fut portée par le concile d'Éphèse, troisième général.

anathematis reos, qui hoc in Symbolo addiderunt.

Sed hæc efficaciam non habent. Nam, in determinatione Synodi Chalcedonensis, dicitur quod Patres apud Constantinopolim congregati doctrinam Nicænsis Synodi corroboraverunt, non quasi aliquid minus esset inferentes, sed de Spiritu Sancto intellectum eorum, adversus eos qui Dominum eum respicere tentaverunt, Scripturarum testimoniis declarantes. Et similiter dicendum est quod processio Spiritus Sancti a Filio impliciter continetur in Constantinopolitano Symbolo, in hoc quod ibi dicitur quod procedit, quia quod de Patre intelligitur oportet et de Filio intelligi, ut dictum est. Et ad

hoc addendum sufficit auctoritas Romani Pontificis, per quam etiam inveniuntur antiqua Concilia esse confirmata.

3° Inducunt etiam quod Spiritus Sanctus, quum sit simplex, non potest esse a duobus, et quod Spiritus Sanctus, si perfecte procedat a Patre, non procedit a Filio, et alia hujusmodi, quæ facile est solvere etiam parum in Theologia exercitatis.

Nam Pater et Filius sunt unum principium Spiritus Sancti propter unitatem divinæ virtutis, et una productione produciunt Spiritum Sanctum ; sicut etiam tres personæ sunt unum principium creaturæ, et una actione creaturam produciunt.

CHAPITRE XXVI.

Il n'y a que trois personnes divines, savoir : le Père, le Fils et le Saint-Esprit

Il faut conclure de ce que nous avons dit, qu'il y a dans la nature divine trois personnes subsistantes, le Père, le Fils et le Saint-Esprit, et que ces trois sont un seul Dieu, ne se distinguant entre eux que par des relations: le Père se distingue du Fils par la relation de la paternité et l'innascibilité; le Fils est distinct du Père par sa relation de la filiation; le Père et le Fils sont distincts du Saint-Esprit par la spiration, si l'on peut employer ce terme, et le Saint-Esprit l'est du Père et du Fils par la procession d'amour, par laquelle il procède de l'un et de l'autre.

A ces trois personnes il n'y a pas lieu d'en ajouter une quatrième dans la nature divine. En effet :

1° Puisque les personnes divines ont une essence commune, elles ne peuvent se distinguer que par une relation d'origine, ainsi que nous l'avons prouvé (ch. 24). Il ne faut pas considérer ces relations d'origine comme attachées à une procession qui tend à quelque chose d'extérieur; car un être qui procéderait de cette manière ne serait pas co-essentiel à son principe; mais la procession doit demeurer intérieure (1). Or, nous avons vu que c'est seulement dans l'opération de l'intelligence et de la volonté que quelque chose procède en demeurant dans son principe (ch. 11 et 19). Les personnes divines ne peuvent donc se multiplier qu'autant que l'exige la procession de l'intelligence

[1] C'est ce que l'on appelle une procession *immanente*, ou une opération *ad intra*.

CAPUT XXVI.

Quod non sunt nisi tres personæ in divinis, scilicet: Pater, Filius et Spiritus Sanctus.

Ex his igitur quæ dicta sunt, accipere oportet quod in divina natura tres personæ subsistant, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, et quod hi tres sunt unus Deus, solis relationibus ab invicem distincti. Pater enim a Filio distinguitur paternitatis relatione et innascibilitate; Filius autem a Patre, relatione filiationis; Pater autem et Filius a Spiritu Sancto, spiratione, ut ita dicatur; Spiritus autem Sanctus a Patre et Filio,

processione amoris, quæ ab utroque procedit.

Præter has tres personas non est quartam in divina natura ponere.

1° Personæ enim divinæ, quæ in essentia conveniant, non possunt distinguari nisi per relationem originis, ut ex dictis (c. 24) patet. Has autem originis relationes accipere oportet non secundum processionem in exteriora tendentem; sic enim procedens non esset coessentialis suo principio; sed oportet quod processio interior consistat. Quod autem aliquid procedat, manens intra suum principium, invenitur solum in operatione intellectus et voluntatis, ut ex dictis (c. 11 et 19) patet. Unde personæ divinæ

et de la volonté en Dieu. Or, il ne peut y avoir en Dieu qu'une seule procession dans l'intelligence, parce que son acte de connaître est un, simple et parfait, puisqu'en se connaissant lui-même il connaît tous les autres êtres (liv. 1, ch. 45-55); et ainsi une seule procession du Verbe est possible en Dieu. De même, il n'y a nécessairement qu'une procession d'amour, parce qu'en Dieu l'acte de vouloir est aussi un et simple; car, en s'aimant lui-même, il aime tous les autres êtres (liv. 1, ch. 73-76). Il ne peut donc y avoir en Dieu que deux personnes qui procèdent, l'une par voie de connaissance et comme Verbe, c'est-à-dire le Fils; l'autre par voie d'amour, c'est-à-dire comme Saint-Esprit; une seule personne aussi ne procède pas, c'est le Père. Donc il ne peut se trouver que trois personnes dans la Trinité.

2 S'il faut que les personnes divines se distinguent par la procession, il est impossible d'admettre plus de trois personnes; car une personne ne peut exister que de trois manières, à raison de la procession, savoir : en ne procédant absolument pas, et c'est le propre du Père; ou en procédant d'une personne qui ne procède pas, et c'est le propre du Fils; ou en procédant d'une personne qui procède, et c'est le propre du Saint-Esprit. Or, bien que les relations d'origine puissent se multiplier chez les autres êtres vivants, en sorte qu'il y ait plusieurs pères et plusieurs fils dans la nature humaine, cela répugne absolument à la nature divine; car, puisque la filiation est dans une nature qui est une et d'une seule espèce, elle ne pourrait se multiplier qu'à raison de la matière ou du sujet, comme les autres formes. Dès lors donc qu'il n'y a en Dieu ni matière ni sujet, et que les relations sont

multiplicari non possunt, nisi secundum quod exigit processio intellectus et voluntatis in Deo. Non est autem possibile quod in Deo sit nisi una processio secundum intellectum, eo quod suum intelligere est unum et simplex et perfectum, quia, intelligendo se, intelligit omnia alia (l. 1, c. 45-55); et sic non potest esse in Deo nisi una Verbi processio. Similiter autem oportet et processionem amoris esse unam tantum, quia etiam divinum velle est unum tantum et simplex; amando enim se, amat omnia alia (l. 1, c. 73-76). Non est igitur possibile quod sint in Deo nisi duæ personæ procedentes: una per modum intellectus, ut Verbum, scilicet Filius; et alia per modum amoris, scilicet ut Spiritus Sanctus; est etiam et una persona non procedens, scilicet Pater.

Solum igitur tres personæ in Trinitate esse possunt.

2^o Item, Si secundum processionem oportet personas divinas distingui, — modus autem personæ, quantum ad processionem, non potest esse nisi triplex, ut scilicet sit: aut omnino non procedens, quod Patris est; aut a non procedente procedens, quod Filii est; aut a procedente procedens, quod Spiritus Sancti est, — impossibile est igitur ponere plures quam tres personas. Licet autem in aliis viventibus possint relationes originis multiplicari, ut scilicet sint in natura humana plures patres et plures filii, in divina tamen natura hoc omnino impossibile est esse; nam filiatio, quum in una natura sit unius speciei, non potest multiplicari nisi secundum materiam aut subjec-

subsistantes, comme nous l'avons prouvé (ch. 14), il ne saurait y avoir en Dieu plusieurs filiations; et comme la même raison s'applique aux autres relations, il y a seulement trois personnes en Dieu.

Si l'on nous objecte que le Fils étant Dieu parfait, sa puissance intellectuelle est parfaite, et qu'il peut, par conséquent, produire un verbe, et pareillement, que le Saint-Esprit ayant la bonté infinie, qui est le principe de la communication, il pourra communiquer la nature divine à une autre personne divine, il faut faire attention que le Fils est Dieu comme étant engendré, et non comme générateur; d'où il résulte que la puissance intellectuelle est en lui comme en celui qui procède en qualité de Verbe et non comme dans celui qui produit le Verbe; et de même, puisque le Saint-Esprit est Dieu en tant qu'il procède, la bonté infinie est en lui comme dans la personne qui la reçoit, et non comme dans celle qui communique à une autre cette bonté infinie; car il a été démontré que les personnes ne se distinguent que par les relations. Toute la plénitude de la divinité est donc dans le Fils, et elle y est numériquement la même que dans le Père, mais avec la relation de la naissance, tout comme elle est dans le Père avec la relation de la génération active. Par conséquent, si l'on attribuait au Fils la relation du Père, toute distinction disparaîtrait; et la même raison revient pour le Saint-Esprit.

Nous pouvons considérer dans l'âme humaine la ressemblance de la divine Trinité. En se connaissant elle-même actuellement, l'âme conçoit en elle son verbe, qui n'est autre chose que l'intention intelligible de l'âme elle-même que l'on appelle aussi intention conçue dans l'in-

tum, sicut est etiam de aliis formis. Unde, quam in Deo non sit materia aut subiectum, et ipse relationes sint subsistentes, ut ex supradictis (c. 14) patet, impossibile est quod in Deo sint plures filiationes; et eadem ratio est de aliis; et sic in Deo sunt solum tres personæ.

Si quis autem obijciens dicat quod in Filio, quam sit perfectus Deus, est virtus intellectiva perfecta, et sic potest producere verbum, et similiter, quam in Spiritu Sancto sit bonitas infinita, quæ est communicationis principium, poterit alteri divinæ personæ naturam divinam communicare, considerare debet quod Filius est Deus ut genitus, non ut generans; unde virtus intellectiva est in eo ut in procedente per modum Verbi, non ut in producente Verbum; et similiter, quam Spiritus Sanctus sit Deus ut proce-

dens, est in eo bonitas infinita ut in persona accipiente, non ut in communicante alteri bonitatem infinitam; non enim distinguuntur ab invicem nisi solis relationibus, ut ex supradictis (c. 24) patet. Tota igitur plenitudo divinitatis est in Filio, et eadem numero quæ est in Patre, sed cum relatione nativitatis, sicut in Patre cum relatione generationis activæ; unde, si relatio Patris attribueretur Filio, omnis distinctio tolleretur; et eadem ratio est de Spiritu Sancto.

Hujusmodi autem divinæ Trinitatis similitudinem in mente humana possumus considerare. Ipsa enim mens, ex hoc quod se actu intelligit, verbum suum concipit in seipsum, quod nihil aliud est quam ipsa intentio intelligibilis mentis, quæ et intentio intellecta dicitur, in mente existens; quæ, dum ulterius seipsam amat, seipsam prode-

telligence, existant dans l'âme; et ultérieurement en s'aimant, elle se produit elle-même dans la volonté comme objet aimé. Elle ne procède pas intérieurement d'une autre manière, mais elle est en quelque sorte renfermée dans un cercle, en revenant par l'amour à la substance même d'où la procession avait commencé par l'intention conçue dans l'intelligence; cependant, la procession passe à des effets extérieurs, lorsque, par amour d'elle-même, l'âme procède à l'exécution de quelque chose. De cette manière nous trouvons trois choses dans l'âme : l'âme elle-même, qui est le principe de la procession et qui existe dans sa nature; l'âme conçue dans l'intelligence, et l'âme aimée dans la volonté. Toutefois, ces trois choses ne sont pas une nature unique, parce que l'acte de connaître de l'âme n'est pas son être, ni son acte de vouloir n'est pas son être ou son acte de connaître; ce qui fait que l'âme connue et l'âme aimée ne sont pas des personnes, puisqu'elles ne sont pas subsistantes; et l'âme elle-même qui existe dans sa nature n'est pas non plus une personne, puisqu'elle n'est pas un tout qui subsiste, mais une partie d'un être subsistant, qui est l'homme. Il y a donc dans notre âme une ressemblance de la Trinité divine, quant à la procession qui multiplie la Trinité, puisque nous voyons clairement par ce qui vient d'être dit qu'il y a dans la nature divine Dieu non engendré, qui est le principe de la procession divine tout entière, c'est-à-dire le Père; Dieu engendré de la manière qui convient au Verbe conçu dans l'intelligence, c'est-à-dire le Fils, et Dieu procédant par voie d'amour, c'est-à-dire le Saint-Esprit; et au-delà il n'y a plus de procession intérieure dans la nature divine, mais seulement une procession qui a pour terme des effets extérieurs. Ce qui manque à cette représentation de la divine Trinité, c'est que le Père, le Fils et le Saint-Esprit ont une même

cit in voluntate ut amatum. Uterius autem non procedit intra se, sed concluditur circulo, dum per amorem redit ad ipsam substantiam, a qua processio incoepat per intentionem intellectam; sed fit processio ad exteriores effectus, dum ex amore sui procedit ad aliquid faciendum. Et sic tria in mente inveniuntur : mens ipsa, quæ est processionis principium in sua natura existens ; et mens concepta in intellectu ; et mens amata in voluntate. Non tamen hæc tria sunt una natura, quia intelligere mentis non est ejus esse, nec ejus velle est ejus esse aut intelligere ; et propter hoc etiam mens intellecta et mens amata non sunt personæ, quum non sint subsistentes ; mens

etiam ipsa in sua natura existens non est persona, quum non sit totum quod subsistit, sed per subsistentis, scilicet hominis. In mente igitur nostra invenitur similitudo Trinitatis divinæ quantum ad processionem quæ multiplicat Trinitatem, quum ex dictis manifestum sit esse in divina natura Deum ingentum, qui est totius divinæ processionis principium, scilicet Patrem, et Deum genitum per modum Verbi in intellectu concepti, scilicet Filium, et Deum per modum amoris procedentem, scilicet Spiritum Sanctum ; ulterius autem intra divinam naturam nulla processio invenitur, sed solum processio in exteriores effectus. In hoc autem deficit a representatione divinæ Trini-

nature et que chacun d'eux est une personne parfaite, parce que l'acte de connaître et l'acte de vouloir sont l'être divin lui-même, comme nous l'avons prouvé (liv. 1, ch. 45 et 73). Pour cette raison la ressemblance divine est dans l'homme ce qu'est la ressemblance d'Hercule dans la pierre, qui représente la forme, sans qu'il y ait communauté de nature; aussi, dit-on que l'image de Dieu est dans l'âme de l'homme, selon ce que nous lisons : *Faisons l'homme à notre image et à notre ressemblance* (Gen., 1, 26).

On découvre même dans les autres êtres une ressemblance de la divine Trinité, qui consiste en ce que chaque être est un dans sa substance, qu'il reçoit sa forme suivant une espèce déterminée et qu'il est dans un certain ordre. Or, comme on le voit d'après ce qui précède (ch. 14); la conception de l'intelligence, dans l'être intelligible, est comme la formation de l'espèce dans l'être naturel, et l'amour est comme l'inclination ou l'ordre dans un être naturel; d'où il suit que l'espèce des êtres naturels représente de loin le Fils, et que l'ordre représente le Saint-Esprit. Aussi comme cette représentation est éloignée et obscure dans les êtres sans raison, on dit qu'il y a en eux, non pas l'image, mais une trace de la Trinité, selon cette parole : *Pensez-vous découvrir toutes les traces de Dieu, et connaître parfaitement le Tout-Puissant* (Job. xi, 7)?

Ce qui vient d'être dit de la sainte Trinité suffira pour le présent.

tatis quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt unius nature, et singulus horum est persona perfecta, eo quod intelligere et velle sunt ipsum esse divinum, ut ostensum est (l. 1, c. 45 et 73). Et propter hoc sic consideratur divina similitudo in homine sicut similitudo Herculis in lapide, quantum ad representationem forme, non quantum ad convenientiam nature; unde et in mente hominis dicitur esse imago Dei, secundum illud : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (Gen., 1, 26).

Invenitur etiam in aliis rebus divine Trinitatis similitudo, prout quælibet res in sua substantia una est, et specie quadam

formatur, et ordinem aliquem habet. Sicut autem ex dictis (c. 14) patet, conceptio intellectus in esse intelligibili est sicut informatio speciei in esse naturali, amor autem est sicut inclinatio vel ordo in re naturali; unde et species naturalium rerum a remotis representat Filium, ordo autem Spiritum Sanctum. Et ideo, propter remotam representationem et obscuram in irrationabilibus rebus, dicitur in eis esse Trinitatis vestigium, non imago, secundum illud : *Forsitan vestigia Dei comprehendes, et usque ad perfectum Omnipotentem reperies* (Job, xi, 7)?

Et hæc de divina Trinitate ad præsens dicta sufficiunt.

CHAPITRE XXVII.

De l'Incarnation du Verbe, d'après l'enseignement de la Sainte-Écriture.

Puisque nous avons dit plus haut, en traitant de la génération divine (ch. 8), que certaines choses conviennent à notre Seigneur Jésus-Christ, Fils de Dieu, à raison de la nature divine, et que d'autres lui conviennent à raison de la nature humaine, que le Fils éternel de Dieu a voulu prendre dans le temps pour s'incarner, il nous reste maintenant à parler du mystère même de l'Incarnation. De toutes les œuvres divines, c'est ce mystère qui surpasse le plus la raison ; car on ne saurait concevoir aucun fait divin plus merveilleux que celui-ci, qu'un vrai Dieu, Fils de Dieu, devienne un homme véritable. Et comme c'est la plus grande de toutes les merveilles, il s'ensuit que toutes les autres merveilles ont pour but de faire croire à celle-ci, qui les surpasse toutes, puisque nous voyons que dans chaque genre l'être le plus élevé est la cause des autres.

Appuyés sur l'autorité divine, nous confessons cette Incarnation merveilleuse d'un Dieu. Il est dit, en effet : *Et le Verbe a été fait chair, et il a habité parmi nous* (Joann., 1, 14) ; et l'Apôtre, en parlant du Fils de Dieu, s'exprime ainsi : *Comme il avait la forme de Dieu, il n'a point pensé que ce fût pour lui une usurpation d'être égal à Dieu ; mais il s'est anéanti lui-même, en prenant la forme d'esclave, étant devenu semblable aux hommes et reconnu pour un homme à son extérieur* (Philipp., 11, 6 et 7). Les paroles de notre Seigneur Jésus-Christ lui-même établissent clairement cette vérité, puisqu'il s'attribue tantôt des choses humiliantes et

CAPUT XXVII.

De Incarnatione Verbi, secundum traditionem Sacre Scripturæ.

Quoniam autem supra (c. 8), quum de divina generatione ageretur, dictum est Dei Filio Domino Jesu Christo quedam secundum divinam naturam, quedam secundum humanam convenire, quam ex tempore assumendo Dei æternus Filius voluit incarnari, de ipso nunc Incarnationis mysterio restat dicendum. Quodquidem inter divina opera maxime rationem excedit ; nihil enim mirabilius excogitari potest divinitus factum quam quod verus Deus Dei Filius fieret homo

verus. Et, quia inter omnia mirabilissimum est, consequitur quod ad hujus maxime mirabilis fidem omnia alia mirabilia ordinantur, quum id quod est in unoquoque genere maximum causa aliorum esse videatur.

Hanc autem Dei Incarnationem mirabilem, auctoritate divina tradente, confitemur. Dicitur enim : *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (Joann., 1, 14) ; et Apostolus dicit, de Filio Dei loquens : *Quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo ; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo* (Philipp., 11, 6 et 7). Hoc etiam ipsius Domini Jesu Christi verba manifeste ostendunt, quum de se quandoque loquatur hu-

propres à l'homme, comme celles-ci : *Mon Père est plus grand que moi* (Joann., xiv, 28); *Mon âme est triste jusqu'à la mort* (Matth., xxvi, 38); ce qui lui convient à raison de la nature humaine qu'il a prise; et tantôt des choses sublimes et divines, comme ceci : *Mon Père et moi nous sommes un* (Joann., i, 30); *Tout ce que mon Père possède est à moi* (ibid., xvi, 15); ce qui ne lui convient certainement qu'à raison de la nature divine. Les actions du Seigneur, dont nous lisons la narration, le démontrent également; car la crainte, la tristesse, la faim et la mort qu'il a souffertes affectent la nature humaine; s'il a guéri les infirmes par sa propre puissance, ressuscité les morts, donné des ordres efficaces aux éléments du monde, chassé les démons et pardonné les péchés; s'il est ressuscité lui-même d'entre les morts quand il a voulu, et enfin monté aux cieux, tout cela prouve qu'il y a en lui une puissance divine.

CHAPITRE XXVIII.

De l'erreur de Photin touchant l'Incarnation.

Plusieurs, détournant le sens des Écritures, se sont formé une fausse opinion touchant la divinité et l'humanité de notre Seigneur Jésus-Christ.

Il s'en est trouvé quelques-uns, comme Ébion et Cérinthe, et plus tard Paul de Samosate et Photin (1), qui n'admettent en Jésus-Christ que la seule nature humaine, et qui ont imaginé de dire que la divi-

(1) Voyez les notes 1 et 2 du ch. iv, page 346.

milis et humana, ut est illud : *Pater major me est* (Joann., xiv, 28); et : *Tristis est anima mea usque ad mortem* (Matth., xxvi, 38), quæ ei secundum humanitatem assumptam conveniunt; quandoque vero sublimis et divina, ut est illud : *Ego et Pater unum sumus* (Joann., i, 30), et : *Omnia quæcumque habet Pater mea sunt* (ibid., xvi, 15), quæ certum est ei secundum naturam divinam competere. Ostendunt etiam hoc ipsius Domini facta quæ de ipso leguntur; quod enim timuit, tristatus est, esuriit mortuus est, pertinet ad humanam naturam; quod propria potestate infirmos sanavit, quod mortuos suscitavit et elementis mundi efficaciter imperavit, quod demones expulit, quod peccata dimisit, quod a mor-

tuis, quum voluit, resurrexit, quod demique caelos ascendit, divinam in eo virtutem demonstrant.

CAPUT XXVIII.

De errore Photini circa Incarnationem.

Quidam autem, Scripturarum sensum depravantes, circa Domini nostri Jesu Christi divinitatem et humanitatem perversum sensum conceperunt.

Fuerunt enim quidam, ut Ebion et Cerinthus, et postea Paulus Samosatensis et Photinus, qui in Christo solum naturam humanam confitentur; divinitatem vero, non per naturam, sed per quendam excoel-

nité est en lui, non pas en vertu de sa nature, mais à raison d'une participation supérieure à la gloire divine qu'il a méritée par ses œuvres, comme nous l'avons rapporté plus haut (ch. 4). Mais pour éviter de reproduire ici les arguments que nous avons précédemment opposés à cette opinion (ch. 4 et 9), nous démontrerons seulement qu'elle détruit le mystère de l'Incarnation.

D'après cette opinion, en effet, Dieu n'a pas pris une chair pour devenir homme, mais c'est plutôt l'homme charnel qui est devenu Dieu; et ainsi, cette parole de saint Jean : *Le Verbe a été fait chair* (Joann., 1, 14), n'est pas vraie, mais c'est plutôt à l'inverse la chair qui a été faite Verbe. De même, il ne faut pas attribuer au Fils de Dieu de s'être anéanti ou d'être descendu, mais bien plutôt à l'homme d'avoir été glorifié et d'être monté; et alors il n'est pas vrai, comme l'affirme l'Apôtre, qu'*ayant la forme de Dieu... il s'est anéanti lui-même, en prenant la forme d'esclave* (Philipp., II, 6 et 7), mais seulement que l'homme a été élevé à la gloire divine, dont il est parlé ensuite en ces termes : *C'est pourquoi Dieu l'a élevé* (ibid., 9). Ce que dit Jésus-Christ : *Je suis descendu du ciel* (Joann., VI, 38), n'est pas vrai, mais seulement ceci : *Je monte vers mon Père* (ibid., XX, 17), quoique l'Écriture unisse ces deux choses; car le Seigneur dit : *Personne ne monte au ciel, sinon celui qui est descendu du ciel, c'est-à-dire le Fils de l'homme qui est dans le ciel* (Joann., III, 13); et nous lisons encore : *Celui qui est descendu, c'est lui-même qui est monté au-dessus de tous les cieux* (Ephés., IV, 10). S'il en était ainsi, il ne conviendrait pas davantage au Fils d'avoir été envoyé par le Père, ni d'être sorti du Père pour venir dans le monde, mais seulement d'aller au Père, bien qu'il affirme conjointement l'un

lentem divine gloriæ participationem, quam per opera meruerat, in eo fuisse confingunt, ut superius (c. 4) dictum est. Sed, ut alia prætermittamus quæ contra positionem hujusmodi dicta sunt superius (c. 4 et 9), hæc positi Incarnationis mysterium tollit.

Non enim, secundum positionem hujusmodi, Deus carnem assumpsisset ut fieret homo, sed magis homo carnalis Deus factus fuisset; et sic non verum esset quod Joannes dicit: *Verbum caro factum est* (Joann., 1, 14), sed magis e converso caro Verbum facta fuisset. Similiter etiam non convenirent Dei Filio exinanitio aut descensio, sed magis homini glorificatio et ascensio; et sic non verum esset quod Apostolus dicit: *Qui, quum in forma Dei esset... exinanivit semetipsum, formam servi accipiens* (Philipp., II,

6 et 7), sed sola exaltatio hominis in divinam gloriam, de qua postmodum subditur: *Propter quod et Deus exaltavit illum* (ibid., 9). Neque verum esset quod Dominus dicit: *Descendi de celo* (Joann., VI, 38), sed solum quod ait: *Ascendo ad Patrem meum* (ibid., XX, 17), quum tamen utrumque Scriptura conjungat; dicit enim Dominus: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de celo, Filius hominis, qui est in celo* (Joann., III, 13), et: *Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos* (Ephés., IV, 10). Sic etiam non conveniret Filio quod missus esset a Patre, neque quod a Patre exiverit ut veniret in mundum, sed solum quod ad Patrem iret, quum tamen ipse utrumque conjungat, dicens: *Vade ad eum qui misit me* (Joann., XVI, 5), et iterum: *Ecce ego*

et l'autre, en disant : *Je vais vers celui qui m'a envoyé* (Joann., xvi, 5); et plus loin : *Je suis sorti de mon Père et je suis venu dans le monde; je laisse maintenant le monde et je vais vers mon Père* (ibid., 28); et chacune de ces choses démontre la réalité de son humanité et de sa divinité.

CHAPITRE XXIX.

De l'erreur des Manichéens touchant l'Incarnation.

Il s'en est rencontré d'autres qui, niant la vérité de l'Incarnation, ont imaginé une sorte de ressemblance fictive d'incarnation. Les Manichéens ont dit que le Fils de Dieu n'a pas pris un corps réel, mais un corps fantastique; d'où il suit qu'il n'a pas pu être un homme en réalité, mais en apparence; et, par conséquent, il n'y a rien de vrai, mais une sorte d'assimilation, dans ce qu'il a fait comme homme, comme d'être né, d'avoir mangé, bu, marché, souffert, et d'avoir été enseveli. Et nous voyons par là qu'ils réduisent à l'état de fiction tout le mystère de l'Incarnation (1).

Cette opinion détruit en premier lieu l'autorité de l'Écriture. En effet, comme la ressemblance de la chair n'est pas chair, pas plus que faire semblant de marcher n'est marcher, et ainsi du reste, l'Écriture ment en disant : *Le Verbe a été fait chair* (Joann., I, 14), si cette chair n'a été que fantastique. Elle ment également quand elle affirme que Jésus-

(1) Manichæi..... Christum fuisse affirmant, quem dicit nostra Scriptura serpentem, a quo illuminatos (Adam et Evam) asserunt, ut cognitionis oculos aperirent, et bonum malumque dignoscere, eumque Christum novissimis temporibus venisse ad animas, non ad corpora liberanda. Nec fuisse in carne vera, sed simulatam speciem carnis ludificandis humanis sensibus præbuisse, ubi non solum mortem, verum etiam resurrectionem similiter mentiretur (S. Aug., *De hæresibus*, c. 46, in corp.).

Patre, et veni in mundum; iterum relinquo mundum et vado ad Patrem (ibid., 28); in quorum utroque et humanitas et divinitas comprobatur.

CAPUT XXIX.

De erroribus Manichæorum circa Incarnationem.

Fuerunt autem et alii qui, veritate Incarnationis negata, quamdam fictitiam incarnationis similitudinem introduxerunt. Dixerunt enim Manichæi Dei Filium non verum corpus, sed phantasticum assumptis; unde nec verus homo esse potuit, sed apparens; neque ea quæ secundum homi-

nem gessit, sicut quod natus est, quod comedit, bibit, ambulavit, passus est et sepultus, in veritate fuisse, sed in quadam assimilatione, consequitur. Et sic patet quod totum Incarnationis mysterium ad quamdam fictionem deducunt.

Hæc autem positio primo quidem Scripturæ auctoritatem evacuat. Quum enim carnis similitudo caro non sit, neque similitudo ambulationis ambulatio, et in cæteris similiter, mentitur Scriptura dicens : *Verbum caro factum est* (Joann., I, 14), si solum phantastica caro fuit; mentitur etiam dicens Jesum Christum ambulasse, comedisse, mortuum fuisse et sepultum, si hæc in sola phantastica apparitione contigerant. Si autem

Christ a marché et mangé, qu'il est mort et a été enseveli, si ces choses ont consisté uniquement dans une apparition fantastique. Or, si l'on déroge, même médiocrement, à l'autorité de la Sainte-Écriture, il ne pourra plus y avoir rien de fixe dans notre foi, qui repose sur les Écritures sacrées, selon cette parole : *Ces choses ont été écrites pour que vous croyiez* (Joann., xx, 31).

On nous objectera peut-être que la Sainte-Écriture ne cesse pas d'être véridique en rapportant ce qui a eu lieu en apparence comme si cela était réellement arrivé, parce qu'on emploie, par équivoque et dans le sens figuré, les noms des choses mêmes pour désigner leurs ressemblances, comme on appelle homme, par équivoque (2), un homme peint; la Sainte-Écriture elle-même use habituellement de cette manière de parler, comme dans ce passage : *La pierre était le Christ* (I. Cor., x, 4); et nous trouvons dans les Livres Saints beaucoup de choses qui conviennent aux corps attribuées à Dieu seulement par ressemblance : par exemple, les noms d'*agneau*, de *lion*, ou d'autres analogues.

Mais, quoique les ressemblances des êtres prennent quelquefois par équivoque les noms des êtres eux-mêmes, il ne convient cependant pas à la Sainte-Écriture de nous faire la narration tout entière d'un seul fait sous une telle équivoque, de telle manière que la vérité ne puisse ressortir clairement d'autres passages, parce que l'homme ne serait pas instruit, mais plutôt trompé par ce moyen, bien que l'Apôtre nous dise : *Tout ce qui est écrit est écrit pour notre instruction* (Rom., xv, 4); et encore : *Toute Écriture divinement inspirée est utile pour enseigner... et pour instruire* (II. Tim., iii, 16). En outre, toute la narration évangélique serait poétique et fabuleuse, si elle nous donnait comme des

(2) Voyez, pour l'explication de ce terme, la note 2 du ch. x, page 389.

vel in modico auctoritati Sacræ Scripturæ derogetur, jam nihil fixum in fide nostra esse poterit, quæ Sacris Scripturis innititur, secundum illud: *Hæc scripta sunt, ut credatis* (*ibid.*, xx, 31).

Potest autem aliquis dicere Scripturæ quidem Sacræ veritatem non deesse dum id quod apparuit refert ac si factum fuisset, quia rerum similitudines æquivoce ac figurate ipsarum rerum nominibus nuncupantur, sicut homo pictus æquivoce dicitur homo; et ipsa Sacra Scriptura consuevit hoc modo loquendi uti, ut est illud: *Petra autem erat Christus* (I. Cor., x, 4); plurima autem corporalia in Scripturis de Deo inveniuntur dici propter similitudinem solam, sicut quod

nominatur *agnus*, vel *leo*, vel aliquid hujusmodi.

Sed, licet rerum similitudines æquivoce rerum sibi nomina interdum assumant, non tamen competit Sacræ Scripturæ ut narrationem unius facti totam sub tali æquivocatione proponat, ita quod ex aliis Scripturæ locis manifesta veritas haberi non possit, quia ex hoc non eruditio hominum, sed magis deceptio sequeretur; quum tamen Apostolus dicat quod *quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt* (Rom., xv, 4), et: *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum... et erudiendum* (II. Tim., iii, 16). Esset præterea tota evangelica narratio poetica et fabularis, si

réalités les ressemblances et les apparences des choses, contrairement à ce qui est dit : *Nous n'avons pas suivi des fictions ingénieuses, en vous faisant connaître la puissance de notre Seigneur Jésus-Christ* (II. Petr., 1, 16).

Si l'Écriture rapporte en quelques endroits des choses qui n'ont existé qu'en apparence et non en réalité, la manière même dont elle les raconte le fait reconnaître. Il est dit, par exemple : *Abraham, ayant levé les yeux, aperçut trois hommes* (Gen., xviii, 2) ; ce qui donne à entendre que ce n'étaient des hommes qu'en apparence ; aussi il adora Dieu dans leurs personnes et reconnut la divinité, en disant : *Je parlerai à mon Seigneur, quoique je sois poussière et cendre* (ibid., 27) ; et auparavant : *Cela ne vous convient pas, à vous qui jugez toute la terre* (ibid., 25). Quand Isale, Ezéchiel et d'autres prophètes décrivent des choses qu'ils ont vues par l'imagination, ils n'induisent pas en erreur ; car ils ne font pas de ces choses une narration historique, mais une description prophétique, et néanmoins ils ajoutent toujours quelque chose pour indiquer qu'il s'agit d'une apparition, comme dans ces passages : *Je vis le Seigneur assis sur un trône élevé* (Is., vi, 1) ; *La main du Seigneur agit sur lui en ce lieu, et je vis, et un tourbillon de vent venait de l'aquilon, etc.* (Ezéch., 1, 3 et 4) ; *La ressemblance d'une main s'approcha pour me prendre... et m'amena à Jérusalem, dans une vision de Dieu* (ibid., viii, 3).

Ce qui est dit dans l'Écriture par similitude des choses divines ne saurait causer aucune erreur : d'abord parce que ces similitudes sont tirées d'êtres tellement vils, qu'il est notoire que ce langage n'exprime rien qui existe réellement et n'est qu'une comparaison ; ensuite parce que l'on trouve dans les Saints Livres des passages qui ont un sens

rerum similitudines apparentes quasi res ipsas narraret ; quum tamen dicatur : *Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutem* (II. Petr., 1, 16).

Sicubi vero Scriptura narrat quod aliqua apparentiam et non rerum existentiam habuerunt, ex ipso more narrationis hoc intelligere facit ; dicitur enim : *Quumque eleuasset oculos, Abraham scilicet, apparuerunt ei tres viri* (Gen., xviii, 2) ; ex quo datur intelligi quod secundum apparentiam viri fuerunt ; unde et in eis Deum adoravit et deitatem confessus est, dicens : *Loquar ad Dominum meum, quum sim pulvis et cinis* (ibid., 27) ; et iterum : *Non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram* (ibid., 25). Quod vero Isaias et Ezechiel et alii Prophetæ aliqua alia descriperunt quæ imaginariè visa sunt,

errorem non generat, quia hujusmodi ponunt, non in narratione historicæ, sed in descriptione prophetiæ, et tamen semper aliquid addunt per quod apparitio designatur, sicut : *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum* (Isai., vi, 1) ; *Facta est super eum ibi manus Domini, et vidi, et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone, etc.* (Ezech., 1, 3 et 4) ; *Emissa similitudo manus apprehendit me...., et adduxit me in Jerusalem, in visione Dei* (ibid., viii, 3).

Quod etiam aliqua in Scripturis de rebus divinis per similitudinem dicuntur, errorem generare non potest : tum quia similitudines sumuntur a rebus tam vilibus, ut notum sit hoc, quod secundum similitudinem, et non secundum rerum existentiam, dicuntur ; tum quia inveniuntur aliqua proprie dicta in Scripturis, per quæ veritas expresse ma-

propre et qui font connaître d'une manière expresse la vérité cachée ailleurs sous des similitudes. Cela n'a pas lieu dans le cas présent ; car aucun texte de l'Écriture n'empêche que ce que nous lisons de l'humanité du Christ ne soit vrai.

On nous répondra peut-être que l'Apôtre le donne à entendre en disant : *Dieu envoyant son Fils dans la ressemblance d'une chair de péché* (Rom., VIII, 3), ou lorsqu'il dit ceci : *Etant devenu semblable aux hommes, et reconnu pour homme à son extérieur* (Philipp., II, 7). Mais ce sens est exclu par les additions qui sont faites ici. L'Apôtre, en effet, ne dit pas seulement : *dans la ressemblance d'une chair*, mais il ajoute : *de péché*, parce que le Christ a pris une chair véritable, mais non une chair de péché, puisque le péché ne s'est pas trouvé en lui. Cependant sa chair a ressemblé à une chair de péché, dès lors qu'il a pris une chair passible, telle qu'était celle de l'homme par suite du péché. De même, tout sens fictif est exclu de ces paroles : *Etant devenu semblable aux hommes*; par celles-ci : *Prenant la forme d'esclave*. Or, il est évident que le mot forme veut dire ici nature et non pas ressemblance, d'après ce qu'il a dit précédemment : *Comme il avait la forme de Dieu*, où il emploie le terme de forme pour celui de nature; car il n'affirme nullement que le Christ n'a été Dieu qu'en ressemblance. Le sens fictif est encore exclu par ce qu'il ajoute : *Etant devenu obéissant jusqu'à la mort*. La ressemblance n'est donc pas prise pour une ressemblance d'apparence, mais pour une vraie ressemblance spécifique, comme on dit que tous les hommes se ressemblent par l'espèce.

La Sainte-Écriture prévient plus expressément le soupçon d'un être fantastique.

nifestatur, quæ sub similitudinibus in locis aliis occultantur. Quod quidem in proposito non accidit; nam nulla Scripturæ auctoritas veritatem eorum quæ de humanitate Christi leguntur excludit.

Forte autem quis dicat quod hoc datur intelligi per hoc quod Apostolus dicit: *Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati* (Rom., VIII, 3), vel per hoc quod dicit: *In similitudinem hominum factus, et habitu inuentus ut homo* (Philipp., II, 7). Hic autem sensus per ea quæ hic adduntur excluditur. Non enim dicit solum *in similitudinem carnis*, sed addit *peccati*, quia Christus veram quidem carnem habuit, sed non carnem peccati, quia in eo peccatum non fuit, sed similem carni peccati, quia carnem

passibilem habuit, qualis est facta caro hominis ex peccato. Similiter, fictionis intellectus excluditur ab hoc quod dicit: *In similitudinem hominum factus*, per hoc quod dicitur: *Formam servi accipiens*. Manifestum est autem formam pro natura poni et non pro similitudine, ex hoc quod dixerat: *Qui quum in forma Dei esset, ubi pro natura ponitur forma; non enim ponitur quod Christus fuerit similitudinarie Deus*. Excluditur etiam fictionis intellectus per hoc quod subdit: *Factus obediens usque ad mortem*. Non igitur similitudo accipitur pro similitudine apparentiæ, sed pro vera similitudine speciei, sicut omnes homines similes specie dicuntur.

Magis autem Sacra Scriptura expresse phantasmatis suspicionem excludit.

1° Il est rapporté que les disciples, voyant Jésus marcher sur la mer, furent troublés, disant que c'était un fantôme ; et de frayeur ils crièrent (Matth., xiv, 26). Le Seigneur fit ce qu'il fallait pour éloigner d'eux ce soupçon ; aussi l'Évangile ajoute : *Jésus leur parla aussitôt, en disant : Ayez confiance ; c'est moi, ne craignez rien* (ibid., 27). Or, il paraît répugner à la raison qu'il ait laissé ignorer à ses disciples qu'il avait pris seulement un corps fantastique, puisqu'il les avait choisis pour rendre de lui un témoignage conforme à la vérité sur ce qu'ils avaient vu et entendu ; ou bien si les disciples ne l'ignoraient pas, la pensée que c'était un fantôme ne leur eût alors causé aucune frayeur.

2° Après sa résurrection le Seigneur s'y prit d'une manière plus expressive encore pour éloigner de l'esprit de ses disciples l'idée d'un corps fantastique. Nous lisons, en effet, qu'en voyant Jésus les disciples troublés et effrayés pensaient voir un esprit ; et il leur dit : *Pourquoi êtes-vous troublés, et d'où vient que ces pensées s'élèvent dans vos cœurs ? Voyez à mes mains et à mes pieds que c'est moi-même ; touchez et voyez ; car un esprit n'a ni chair, ni os, comme vous voyez que j'en ai* (Luc, xxiv, 37-39). C'est en vain qu'il se serait offert à être touché, s'il n'avait eu qu'un corps fantastique.

3° Les Apôtres se donnent eux-mêmes comme des témoins de Jésus-Christ qui méritent d'être crus ; car saint Pierre dit : *Dieu l'a ressuscité, c'est-à-dire Jésus, le troisième jour, et il a voulu qu'il se montrât, non pas à tout le peuple, mais aux témoins choisis d'avance par Dieu, à nous, qui avons mangé et bu avec lui, après qu'il fut ressuscité d'entre les morts* (Act., x, 40 et 41) ; et l'Apôtre saint Jean commence ainsi son épître : *Nous ren-*

1° Dicitur enim quod discipuli, Jesum videntes ambulantes supra mare, turbati sunt, dicentes quia phantasma est ; et præ timore clamaverunt [Matth., xiv, 26] ; quamquidem eorum suspicionem Dominus convenienter removit ; unde subditur : *Statimque Jesus locutus est eis, dicens : Habete fiduciam ; ego sum, nolite timere* (ibid., 27) ; quamvis non rationabile videatur quod aut discipulos lateret quod non nisi corpus phantasticum assumpsisset, quum eos ad hoc elegerit ut de eo testimonium perhiberent veritatis ex his que viderant et audierant ; aut, si eos non latebat, aestimatio phantasmatis non incussisset tunc eis timorem.

2° Adhuc autem expressius suspicionem phantastici corporis a mentibus discipulorum removit Dominus post resurrectionem. Dicitur enim quod discipuli conturbati et con-

teriti existimabant se spiritum videre, dum scilicet viderunt Jesum ; et dixit eis : *Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra ? Videte manus meas et pedes meos, quia ego ipse sum ; palpate et videte ; quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere* [Luc., xxiv, 37-39]. Frustra enim se palpandum præbuisset, si non nisi corpus phantasticum habuisset.

3° Item, Apostoli se ipsos idoneos Christi testes ostendunt ; dicit enim Petrus : *Hunc, scilicet Jesum, Deus suscitavit tertio die, et dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo, nobis, qui manducavimus et bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis* (Act., x, 40 et 41) ; et Joannes Apostolus, in principio suæ epistolæ dicit : *Quod vidimus oculis nostris, quod perpeximus, et manus nostræ contractaverunt*

dans témoignage au Verbe de vie, que nous avons vu de nos yeux et considéré, et que nos mains ont touché (I. Joann., 1, 1 et 2). Or, on ne peut pas faire reposer un témoignage valable en faveur de la vérité sur des faits qui ne concernent pas un être réel, mais ne sont qu'apparents. Si donc le corps de Jésus-Christ a été fantastique, s'il n'a pas vraiment bu et mangé, et s'il n'a pas été vraiment vu et touché, mais seulement d'une manière fantastique, le témoignage que les Apôtres lui rendent n'est pas recevable; et, par conséquent, leur *prédication est vaine, et notre foi est vaine aussi*; comme le dit saint Paul (I. Cor., xv, 14).

4° De plus, si Jésus-Christ n'a pas eu un vrai corps, il n'est pas véritablement mort. Donc il n'est pas non plus véritablement ressuscité. Donc les Apôtres rendent un faux témoignage à Jésus-Christ, en annonçant au monde qu'il est ressuscité; ce qui fait dire à l'Apôtre : *Si les morts ne ressuscitent pas, nous sommes convaincus d'être de faux témoins de Dieu, parce que nous avons rendu contre Dieu ce témoignage, qu'il a ressuscité Jésus-Christ, quoiqu'il ne l'ait pas ressuscité* (I. Cor., xv, 15).

5° Le mensonge n'est pas une voie propre à conduire à la vérité, selon cette parole : *Que dira de vrai le menteur* (Eccli., xxxiv, 4)? Or, l'avènement de Jésus-Christ dans le monde a eu pour fin la manifestation de la vérité; car il dit lui-même : *Je suis né et je suis venu dans le monde pour rendre témoignage à la vérité* (Joann., xviii, 37). Donc il n'y a rien eu de faux en Jésus-Christ. Or, il y aurait eu du faux en lui si ce que l'on en raconte n'avait été qu'apparent, puisque le faux est ce qui n'est pas tel qu'on le voit. Donc tout ce qui est dit de Jésus-Christ a réellement existé.

6° Il est écrit que nous avons été justifiés par le sang de Jésus-Christ

de Verbo vitæ... testamur (I. Joann. 1, 1 et 2). Non potest autem efficax sumi testimonium veritatis per ea quæ, non in rei existentia, sed solum in apparentia sunt gesta. Si igitur corpus Christi fuit phantasticum, et non vere manducavit et bibit, neque vere visus est et palpatus est, sed phantasticæ tantum, invenitur non esse idoneum testimonium Apostolorum de Christo; et sic *inanis est eorum prædicatio, inanis est et fides nostra, ut dicit Paulus* (I. Cor., xv, 14).

4° Amplius autem, si Christus verum corpus non habuit, non vere mortuus est. Ergo nec vere resurrexit. Sunt igitur Apostoli falsi testes Christi, prædicantes mundo ipsum resurrexisse; unde Apostolus dicit: *Invenimur autem et falsi testes Dei; quoniam*

testimonium diximus adversus Deum, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt (I. Cor., xv, 15).

5° Præterea, Falsitas non est idonea via ad veritatem, secundam illud: *A mendace quid verum dicitur* (Eccli., xxxiv, 4)? Adventus autem Christi in mundum ad veritatis manifestationem fuit; di it enim ipse: *Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati* (Joann., xviii, 37). Non igitur in Christo fuit aliqua falsitas. Fuisset autem, si ea quæ dicuntur de ipso in apparentia tantum fuissent; nam falsum est quod non est ut videtur. Omnia igitur quæ de Christo dicuntur secundum rei existentiam fuerunt.

6° Adhuc, Dicitur quod justificati sumus

(Rom., III, 24); et nous lisons ceci : *Vous nous avez rachetés pour Dieu par votre sang* (Apoc., v, 9). Si donc Jésus-Christ n'a pas eu un sang véritable et s'il ne l'a pas vraiment répandu pour nous, nous n'avons été ni vraiment justifiés, ni vraiment rachetés. Donc il ne sert de rien d'être en Jésus-Christ.

7° S'il ne faut considérer que comme fantastique l'avènement de Jésus-Christ dans le monde, il ne s'est produit rien de nouveau dans l'avènement de Jésus-Christ; car, sous l'Ancien-Testament, Dieu s'est montré également à Moïse et aux Prophètes sous diverses figures, comme l'attestent même les livres du Nouveau-Testament. Or, ceci déduit en entier l'enseignement du Nouveau-Testament. Donc le Fils de Dieu n'a pas pris un corps fantastique, mais un corps réel.

CHAPITRE XXX.

De l'erreur de Valentin touchant l'Incarnation.

Valentin eut du mystère de l'Incarnation une opinion qui se rapproche des précédentes; car il prétendit que le Christ n'a pas eu de corps terrestre, mais qu'il apporta son corps du ciel, en sorte qu'il n'a rien reçu de la Vierge sa mère, mais qu'il est passé par elle comme par un canal (1).

Il semble que quelques passages de la Sainte-Écriture lui ont donné occasion de tomber dans cette erreur. Il est dit, en effet : *Personne ne*

(1) Valentiniani, a Valentino.... (Dicit) Christum a Patre missum, id est a profundo, spirituale valde caeleste corpus secum attulisse, nihilque sumpuisse de Virgine Maria, sed per illam, tanquam per rivum aut per fistulam, sine ulla de illa assumpta carne transisse. Negat etiam resurrectionem carnis, solum per Christum spiritum et animam salutem accipere affirmans (S. Aug., *De hæresibus*, c. 11).

in sanguine Christi (Rom., III, 24); et dicitur : *Redemisti nos Deo in sanguine tuo* (Apoc., v, 9). Si igitur Christus non habuit verum sanguinem, neque vere pro nobis ipsum fudit, neque igitur vere justificati, neque vere redempti sumus. Ad nihil igitur utile est esse in Christo.

7° Item, Si nonnisi phantasia intelligendus est adventus Christi in mundum, nihil novum in Christi adventu accidit; nam et in Veteri Testamento Deus apparuit Moysi et Prophetis secundum multiplices figuras, ut etiam Scriptura Novi Testamenti testatur. Hoc autem totam doctrinam Novi Testamenti evacuat. Non igitur corpus

phantasticum, sed verum, Filius Dei assumpsit.

CAPUT XXX.

De errore Valentini circa Incarnationem.

His autem et Valentinus propinque de mysterio Incarnationis sensit; dixit enim quod Christus non terrenum corpus habuit, sed de cælo apportavit, et quod nihil de Virgine matre accepit, sed per eam quasi per aqueductum transivit.

Occasionem autem sui erroris ex quibusdam verbis sacre Scripturæ accepisse vido-

monte au ciel, sinon celui qui est descendu du ciel, le Fils de l'homme, qui est dans le ciel... Celui qui vient du ciel est au-dessus de tous (Joann., III, 13 et 31); et le Seigneur dit : Je suis descendu du ciel pour faire, non pas ma volonté, mais la volonté de celui qui m'a envoyé (Joann., vi, 38). Nous lisons encore : Le premier homme, formé de la terre, est terrestre; le second homme, qui vient du ciel, est céleste (I. Cor., xv, 47). Les partisans de cette erreur veulent que l'on entende tout cela de manière à croire que le Christ est descendu du ciel même avec son corps.

Cette opinion de Valentin découle, aussi bien que la précédente des Manichéens, d'un même principe faux, c'est qu'ils croyaient que tous les êtres terrestres ont été créés par le Diable. De là il suit que le Fils de Dieu ayant paru pour détruire les œuvres du Diable, selon la parole de saint Jean (I. Joann., III, 8), il ne lui convenait pas de prendre un corps dans la création du Diable, puisque saint Paul nous dit : Quelle société y a-t-il entre la lumière et les ténèbres? et quel accord entre le Christ et Bélial (II. Cor., vi, 14 et 15)? Et comme les rejetons d'une même racine produisent des fruits semblables, cette opinion tombera dans le même inconvénient d'erreur que la précédente. En effet :

1° Les principes essentiels de chaque espèce sont déterminés, et nous voulons parler de la matière et de la forme, qui constituent la raison spécifique des êtres composés d'une matière et d'une forme. Or, de même que la chair humaine, les os et les parties semblables sont la matière propre de l'homme, ainsi le feu, l'air, l'eau, la terre et ce que nous sentons d'analogue sont la matière de la chair, des os et des autres parties semblables. Si donc le corps du Christ n'a pas été terrestre, il

tur. Dicitur enim : *Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo, Filius hominis, qui est in caelo... Qui de caelo venit, super omnes est* (Joann., III, 13 et 31); et dicit Dominus : *Descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me* (Joann., vi, 38); et : *Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de caelo, caelestis* (I. Cor., xv, 47). Quae omnia sic intelligi volunt ut Christus de caelo etiam secundum corpus descendisse credatur.

Procedit autem tam haec Valentini positio, quam Manichaeorum praemissa, ex una falsa radice, quia credebant quod haec omnia terrena a Diabolo sint creata. Unde, quum *Filius Dei in hoc apparuerit et dissolveret opera Diaboli*, sicut dicitur (I. Joann., III, 8), non ei competeat ut de creatura

Diaboli corpus assumeret; quum etiam Paulus dicat : *Quae societas luci ad tenebras? quae autem conventio Christi ad Belial* (II. Cor., vi, 14 et 15)? Et, quia quae ab eadem radice procedunt similes fructus producunt, in idem falsitatis inconueniens relabitur haec positio cum praedicta.

1° Uniuscujusque enim speciei sunt determinata essentialia principia, materiam dico et formam; ex quibus constituitur ratio speciei in his quae sunt ex materia et forma composita. Sed, sicut caro humana et os et hujusmodi sunt materia propria hominis, ita ignis, aer, aqua et terra et hujusmodi qualia sentimus sunt materia carnis et ossis et hujusmodi partium. Si igitur corpus Christi non fuit terrenum, nec in ipso fuit vera caro et verum os, sed om-

n'y a eu en lui ni une vraie chair, ni de vrais os, mais tout cela n'a été qu'apparent, et, par conséquent, il n'a pas été homme en réalité, mais en apparence, bien qu'il dise lui-même, comme nous l'avons rapporté : *Un esprit n'a ni chair, ni os, comme vous voyez que j'en ai* (Luc, xxiv, 39).

2° Un corps céleste est par sa nature indestructible et inaltérable, et il ne saurait être transféré hors de son lieu propre. Or, il ne convenait pas que le Fils de Dieu diminuât en quoi que ce soit la dignité de la nature qu'il avait prise, mais bien plutôt qu'il la relevât. Donc il n'a pas apporté dans ces bas lieux un corps céleste ou incorruptible, mais il a plutôt rendu incorruptible et céleste le corps terrestre et passible qu'il a pris.

3° L'Apôtre dit du Fils de Dieu qu'il lui est né, selon la chair, du sang de David (Rom., 1, 3). Or, le corps de David fut terrestre. Donc le corps du Christ le fut aussi.

4° Le même Apôtre dit que Dieu envoya son Fils formé d'une femme (Galat., iv, 4); et il est encore écrit que Jacob engendra Joseph, l'époux de Marie, de laquelle est né Jésus, qui est appelé Christ (Matth., 1, 16). Or, il ne serait pas dit qu'il a été formé, ou qu'il est né d'elle, s'il n'avait fait que passer par elle, comme par un canal, sans en rien prendre. Donc il a pris d'elle un corps.

5° Marie ne pourrait pas être appelée la mère de Jésus, titre que lui donne l'Évangéliste, s'il n'avait rien pris d'elle.

6° L'Apôtre dit : *Celui qui sanctifie, c'est-à-dire Jésus-Christ, et ceux qui sont sanctifiés, c'est-à-dire les fideles de Jésus-Christ, viennent tous d'un même principe; et, pour cette raison, il ne rougit point de les appeler ses*

nia secundum apparentiam tantum, et ita etiam non fuit verus homo, sed apparens; quum tamen, ut dictum est, ipse dicat: *Spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere* (Luc., xxiv, 39).

2° Adhuc, Corpus cœleste secundum suam naturam est incorruptibile et inalterabile, et extra suum ubi non potest transferri. Non autem decuit quod Dei Filius dignitati naturæ assumptæ aliquid detraheret, sed magis quod eam exaltaret. Non igitur corpus cœleste aut incorruptibile ad inferiora portavit, sed magis assumptum terrenum corpus et passibile incorruptibile reddidit et cœleste.

3° Item, Apostolus dicit de Filio Dei quod factus est ei ex semine David, secundum carnem (Rom., 1, 3). Sed corpus David

terrenum fuit. Ergo et corpus Christi.

4° Amplius, Idem Apostolus dicit quod Deus misit Filium suum factum ex muliere (Galat., iv, 4); et quod Jacob genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus (Matth., 1, 16). Non autem vel ex ea factus, vel ex ea natus diceretur, si solum per eam sicut per fistulam transisset, nihil ex ea assumens. Ex ea igitur corpus assumptum.

5° Præterea, Non posset dici mater Jezu Mariæ, quod Evangelista testatur, nisi ex ea aliquid accepisset.

6° Adhuc, Apostolus dicit: *Qui sanctificat, scilicet Christus, et qui sanctificantur, scilicet fideles Christi, ex uno omnes: propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis*

frères, en disant : *Je ferai connaître votre nom à mes frères* (Hebr., II, 11 et 12); et plus loin : *Puis donc que les enfants sont composés de chair et de sang, il y a également participé* (ibid., 14). Or, si Jésus-Christ a eu seulement un corps céleste, il est évident que nous, qui avons un corps terrestre, nous ne venons pas du même principe que lui; par conséquent, nous ne pouvons pas être appelés ses frères, et lui-même n'a pas participé à la chair et au sang; car il est notoire que la chair et le sang sont composés des éléments inférieurs et ne sont pas d'une nature céleste. Il est donc clair que cette opinion contredit la doctrine de l'Apôtre.

Les raisons sur lesquelles ils s'appuient sont manifestement frivoles; car Jésus-Christ n'est pas descendu du ciel avec son corps ou son âme, mais comme Dieu; et on peut le démontrer par les paroles mêmes du Seigneur. En effet, lorsqu'il dit : *Personne ne monte au ciel, sinon celui qui est descendu du ciel*, il ajoute : *Le Fils de l'homme, qui est dans le ciel* (Joann., III, 13); par où il fait bien voir qu'il est descendu du ciel de telle manière qu'il n'a pas cessé d'être dans le ciel. Or, c'est le propre de la divinité d'être sur la terre de telle manière qu'elle remplisse le ciel, conformément à cette parole : *Je remplis le ciel et la terre* (Jérém., XXIII, 24). Donc il ne convient pas au Fils de Dieu, en tant qu'il est Dieu, de descendre du ciel par un mouvement local; car ce qui est mu localement sort d'un lieu pour entrer dans un autre. Il est donc écrit que le Fils de Dieu est descendu, parce qu'il s'est uni une substance terrestre, de même que l'Apôtre affirme qu'il s'est anéanti, en tant qu'il a pris la forme d'esclave, de telle sorte, cependant, qu'il n'a pas perdu la nature divine.

(Hebr., II, 11 et 12); et infra : *Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem* (ibid., 14). Si autem Christus corpus celeste solum habuit, manifestum est, quum nos corpus terrenum habeamus, quod non sumus ex uno cum ipso, et, per consequens, neque fratres ejus possumus dici, neque etiam ipse participavit carni et sanguini; nam notum est quod caro et sanguis ex elementis inferioribus componuntur et non sunt naturæ celestis. Patet igitur contra apostolicam sententiam prædictam positionem esse.

Ea vero quibus inveniuntur manifestum est frivola esse. Non enim Christus descendit de cælo secundum corpus aut animam, sed secundum quod Deus; et hoc ex ipsis verbis Domini accipi potest. Quum

enim diceret : *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo*, adjunxit : *Filius hominis, qui est in cælo* (Joann., III, 13); in quo ostendit se ita descendisse de cælo quod tamen in cælo esse non desierit. Hec autem proprium Deitatis est ut ita in terris sit quod et cælum impleat, secundum illud : *Cælum et terram ego impleo* (Jérém., XXIII, 24). Non ergo Filio Dei, in quantum Deus est, descendere de cælo competit secundum motum localem; nam quod localiter movetur sic ad unum locum accedit quod ab altero recedit. Dicitur igitur Filius Dei descendisse secundum hoc quod terrenam substantiam sibi copulavit, sicut et Apostolus eum exinanitum dicit, in quantum formam servi accepit, ita tamen quod divinitatis naturam non perdidit.

Il est évident, d'après ce qui précède, que le principe qu'ils posent comme la racine de cette opinion est faux, puisque nous avons démontré que ce n'est pas le Diable, mais Dieu qui a créé les êtres corporels (liv. II, ch. 6 et 15).

CHAPITRE XXXI.

De l'erreur d'Apollinaire touchant le corps du Christ.

Apollinaire a erré plus déraisonnablement que ces derniers, touchant le mystère de l'Incarnation. Il est cependant d'accord avec eux sur ce point, que le corps du Christ n'a pas été pris de la Vierge. Mais, ce qui est une plus grande impiété, il avance que quelque chose du Verbe a été changé en la chair du Christ, tombant dans cette erreur à l'occasion de cette parole : *Et le Verbe a été fait chair* (Joan., I, 14), qu'il pensait devoir interpréter comme si le Verbe lui-même avait été changé en chair, de même que l'on entend ce passage : *Le maître-d'hôtel ayant goûté de l'eau devenue du vin* (Joan., II, 9); ce qui est dit parce que l'eau fut changée en vin (1).

Il est facile de saisir la contradiction que présente cette erreur d'après ce que nous avons démontré plus haut (liv. I, ch. 13 et 15). En effet :

[1] Apollinaristas Apollinaris Institut, qui de anima Christi a Catholicâ dissenserunt, dicentes, sicut Ariani, Deum Christum carnem sine anima suscepisse. In qua questione, testimonis evangelicis victi, mentem, qua rationalis est anima hominis, defuisse animæ Christi, sed pro hac ipsum Verbum in eo fuisse dixerunt. De ipsa vero ejus carne sic a recta fide dissensisse perhibentur, ut dicerent carnem illam et Verbum unius ejusdemque substantiæ, contentiosissime asseverantes Verbum carnem factum, hoc est, Verbi aliquid in carnem fuisse conversum atque mutatum, non autem carnem de Mariæ carne fuisse susceptam (S. Aug., *De heresibus*, c. 55).

Id vero quod pro radice hujus positionis assumunt, ex superioribus patet esse falsum; ostensum est enim (l. II, c. 6 et 15) quod ista corporalia non à Diabolo, sed à Deo sunt facta.

CAPUT XXXI.

De errore Apollinaris circa corpus Christi.

Irrationabilius autem his circa Incarnationis mysterium Apollinaris erravit, in hoc tamen prædictis concordans quod corpus

Christi non fuit de Virgine assumptum, sed, quod est magis impium, aliquid Verbi dicit in carnem Christi fuisse conversum, occasionem erroris sumens ex eo quod dicitur : *Et Verbum caro factum est* (Joann., I, 14); quod sic intelligendum putavit quasi ipsum Verbum sit conversum in carnem, sicut et intelligitur illud quod legitur : *Ut gustaret architrictinus aquam vinum factam* (Joan., II, 9); quod ea ratione dicitur quia conversus est aqua in vinum.

Hujus autem erroris impossibilitatem et his quæ supra (l. I, c. 13 et 15) ostensa sunt facile estprehendere.

1° Il a été prouvé que Dieu est complètement immuable. Or, l'être qui est converti en un autre est manifestement changé en celui-ci. Donc, puisque le Verbe de Dieu est vrai Dieu, comme nous l'avons établi (ch. 3 et suiv.), il n'est pas possible que le Verbe de Dieu ait été changé en une chair.

2° Dès lors que le Verbe de Dieu est Dieu, il est simple; car nous avons prouvé qu'il n'y a pas de composition en Dieu (liv. 1, ch. 18). Si donc quelque chose du Verbe a été changé en chair, le Verbe a été nécessairement changé tout entier. Or, ce qui est changé en autre chose cesse d'être ce qu'il était auparavant; car l'eau changée en vin n'est plus de l'eau, mais du vin. Donc, dans cette opinion, après l'Incarnation le Verbe de Dieu n'existe plus du tout; ce qui nous semble impossible; d'abord parce que le Verbe de Dieu est éternel, selon cette parole : *AU COMMENCEMENT était le Verbe* (Joann., 1, 1); ensuite parce que, après l'Incarnation, Jésus-Christ est appelé Verbe dans ce passage : *Il était vêtu d'une robe teinte de sang; et son nom est le VERBE DE DIEU* (Apoc., XIX, 13).

3° Les êtres qui n'ont pas une matière et un genre communs ne sauraient se changer l'un en l'autre: ainsi, la ligne ne devient pas la blancheur, parce qu'elles appartiennent à des genres divers; de même, un corps élémentaire ne peut être converti en l'un des corps célestes, ou bien en une substance incorporelle quelconque, puisqu'ils n'ont pas une matière commune. Or, par là même que le Verbe de Dieu est Dieu, il n'a en commun ni un genre, ni une matière avec quelque autre être que ce soit, parce que Dieu n'est pas dans un genre et n'a

1° Ostensum est enim supra quod Deus omnino immutabilis est. Omne autem quod in aliud convertitur manifestum est in illud mutari. Quum igitur Verbum Dei sit verus Deus, ut ostensum est (c. 3 et seqq.), impossibile est quod Verbum Dei fuerit in carnem mutatum.

2° Item, Verbum Dei, quum sit Deus, simplex est; ostensum est enim supra (l. 1, c. 18) in Deo compositionem non esse. Si igitur aliquid Verbi Dei est conversum in carnem, oportet totum Verbum conversum esse. Quod autem in aliud convertitur desinit esse id quod prius fuit; aqua enim conversa in vinum jam non est aqua, sed vinum. Igitur, post Incarnationem, secundum positionem prædictam, Verbum Dei penitus non erit; quod apparet impossibile :

tum ex hoc quod Verbum Dei est æternum, secundum illud : *IN PRINCIPIO erat Verbum* (Joann., 1, 1); tum quia post Incarnationem Christus Verbum dicitur, secundum illud : *Vestitus erat veste aspersa sanguine; et vocatur nomen ejus VERBUM DEI* (Apoc., XIX, 13).

3° Amplius, Eorum quæ non communicant in materia et in genere uno impossibile est fieri conversionem in invicem; non enim ex linea fit albedo, quia sunt diversorum generum; neque corpus elementare potest converti in aliquid corporum celestium, vel in aliquam incorpoream substantiam, aut e converso, quum non conveniant in materia. Verbum autem Dei, quum sit Deus, non convenit neque in genere, neque in materia cum quocumque alio, eo

pas de matière (liv. 1, ch. 25 et 17). Il est donc impossible que le Verbe de Dieu ait été changé en une chair ou en quelque autre chose.

4° Il est dans l'essence de la chair, des os, du sang et des autres parties d'être d'une matière déterminée. Si donc, suivant l'opinion qu'il nous occupe, le Verbe de Dieu a été changé en chair, il s'ensuit qu'il n'y a eu dans le Christ ni une vraie chair, ni autre chose de semblable; ainsi donc il n'est pas homme en réalité, mais seulement en apparence, et ici se présentent les autres conséquences analogues que nous avons opposées plus haut à Valentin (ch. 30).

Il est donc clair qu'il ne faut pas entendre cette parole de saint Jean : *Et le Verbe a été fait chair* (Joann., 1, 14), en ce sens que le Verbe a été changé en chair, mais cela signifie qu'il a pris une chair afin de converser avec les hommes et de paraître visiblement parmi eux; aussi l'Évangéliste ajoute : *Et il a habité parmi nous, et nous avons vu sa gloire, etc.* (ibid.), de même que Baruch dit de Dieu : *Il a été vu sur la terre et il a conversé avec les hommes* (Baruch, III, 38).

CHAPITRE XXXII.

De l'erreur d'Arius et d'Apollinaire touchant l'âme du Christ.

Ce n'est pas seulement au sujet du corps de Jésus-Christ, mais aussi au sujet de son âme que nous voyons certains hommes concevoir un sentiment erroné.

Arius prétendit qu'il n'y eut pas d'âme dans le Christ, mais qu'il prit

quod Deus in genere non est, neque materiam habet (l. 1, c. 25 et 17). Impossibile est igitur Verbum Dei fuisse in carnem conversum vel in quodcumque aliud.

4° Præterea, De ratione carnis, ossium et sanguinis et hujusmodi partium est quod sit ex determinata materia. Si igitur Verbum Dei sit in carnem conversum, secundum positionem prædictam, sequetur quod in Christo non fuerit vera caro, nec aliud hujusmodi; et sic etiam non erit verus homo, sed apparens tantum, et alia hujusmodi quæ supra (c. 30) contra Valentinum posuimus.

Patet igitur hoc quod Joannes dicit : *Et Verbum caro factum est* (Joann., 1, 14), non sic intelligendum esse quasi Verbum sit conversum in carnem, sed quia carnem as-

sumpsit, ut cum hominibus conversaretur et eis visibilis appareret; unde et subditur : *Et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, etc.* (ibid.), sicut et in Baruch de Deo dicitur quod *in terris visus est et cum hominibus conversatus est* (Baruch, III, 38).

CAPUT XXXII.

De errore Arii et Apollinaris circa animam Christi

Non solum autem circa corpus Christi, sed etiam circa ejus animam aliqui male sensisse inveniuntur.

Posuit enim Arius quod in Christo non

seulement une chair, à laquelle la divinité tint lieu de l'âme; et il nous semble amené par une sorte de nécessité à affirmer cela. En effet, comme il voulait établir que le Fils de Dieu est une créature et qu'il est inférieur au Père, il invoqua, pour prouver ce point, les témoignages des Écritures qui révèlent l'infirmité humaine dans le Christ; et pour empêcher qu'on ne renversât sa démonstration en disant que les témoignages apportés par lui ne s'appliquent pas au Christ à raison de la nature divine, mais de la nature humaine, il refusa perversement une âme à Jésus-Christ, afin que, comme certaines choses ne sauraient convenir au corps humain : par exemple, d'avoir éprouvé de l'étonnement et de la crainte et d'avoir prié, on fût obligé de conclure de là à l'infériorité du Fils de Dieu. Il s'empara, pour appuyer son opinion, de cette parole de saint Jean que nous avons citée : *Le Verbe a été fait chair* (Joann., 1, 14); d'où il voulait faire sortir cette conséquence, que le Verbe a pris seulement une chair, et non une âme. Apollinaire se rangea à cette opinion d'Arius (1).

Il est évident par ce qui précède que cette opinion est inadmissible. En effet :

1° Nous avons prouvé que Dieu ne peut être la forme d'un corps (liv. 1, ch. 27). Donc, puisque le Verbe de Dieu est Dieu, ainsi que nous l'avons démontré (ch. 3, 11 et 14), il ne peut se faire que le Verbe de Dieu soit la forme d'un corps, de telle sorte qu'il puisse remplacer l'âme pour la chair. Cette raison a de la valeur contre Apollinaire, qui confessait que le Verbe de Dieu est vrai Dieu; et quoique Arius l'ait niée,

(1) Voyez pour l'opinion d'Arius la note 1 du ch. VI, page 359; et pour celle d'Apollinaire, la note 1 du chapitre précédent.

fuit anima, sed quod solum carnem assumpsit, cui divinitas loco animæ fuit; et ad hoc ponendum necessitate quadam videtur fuisse inductus. Quum enim vellet asserere quod Filius Dei sit creatura et minor Patre, ad hoc probandum illa Scripturarum assumpsit testimonia quæ infirmitatem humanam ostendunt in Christo; et, ne aliquis ejus probationem refelleret, dicendo assumpta ab eo testimonia Christo non secundum divinam naturam, sed humanam convenire, nequiter animam removit a Christo, ut, quum quedam corpori humano convenire non possint, sicut quod miratus est, quod timuit, quod oravit, necessarium fiat hujusmodi in Filium Dei minorationem inferre. Assumpsit autem in suæ positionis asser-

tionem præmissum verbum Joannis dicentis : *Verbum caro factum est* (Joann., 1, 14); ex quo accipere volebat quod solam carnem Verbum assumpsisset, non autem animam. In hac positione etiam Apollinaris eum secutus est.

Manifestum est autem ex præmissis hanc positionem impossibilem esse.

1° Ostensum est enim supra (l. 1, c. 27) quod Deus forma corporis esse non potest. Quum igitur Verbum Dei sit Deus, ut ostensum est (c. 3, 11 et 14), impossibile est quod Verbum Dei sit forma corporis, ut sic carni pro anima esse possit. Utilis autem est hæc ratio contra Apollinarem, qui Verbum Dei verum Deum esse confitebatur; et, licet hoc Arius negaret, tamen

cette raison ne se tourne pas moins contre lui, parce qu'il ne répugne pas seulement à Dieu d'être la forme d'un corps, mais aussi à tous les esprits supérieurs aux cieux, parmi lesquels Arius mettait le Fils de Dieu à la première place ; à moins que l'on n'admette le sentiment d'Origène, qui enseigna que les âmes des hommes sont de la même espèce et de la même nature que les esprits supérieurs aux cieux (2); opinion dont nous avons démontré plus haut la fausseté (liv. II, ch. 95).

2° Si l'on supprime ce qui entre dans la raison constitutive de l'homme, il ne peut pas y avoir d'homme véritable. Or, l'âme est évidemment l'élément principal de la raison constitutive de l'homme, puisqu'elle est sa forme. Si donc Jésus-Christ n'a pas eu d'âme, il n'a pas été vrai homme, quoique l'Apôtre nous affirme qu'il est homme, en disant : *Il n'y a qu'un médiateur entre Dieu et les hommes, Jésus-Christ homme* (I. Tim., II, 5).

3° Ce n'est pas seulement la raison constitutive de l'homme, mais aussi celle de chacune de ses parties qui dépend de l'âme ; aussi, lorsque l'âme est séparée du corps, on ne donne que par équivoque aux parties de l'homme mort les noms d'œil, de chair et d'os, de même qu'on le fait pour un œil peint ou un œil de pierre. Si donc il n'y a pas eu d'âme dans le Christ, il n'a pas eu nécessairement non plus une

(2) Deus, quum in principio crearet ea quæ creare voluit, id est rationabiles creaturas, nullam habuit aliam creandi causam, nisi propter seipsum, id est bonitatem suam. Quia vero eorum quæ creanda erant ipse exstitit causa, in quo neque varietas aliqua, neque permutatio, neque impossibilitas inerat, æquales creavit omnes ac similes quos creavit, quippe quum nulla ei causa varietatis ac diversitatis existeret. Verum quoniam rationabiles ipsæ creaturæ, sicut frequenter ostendimus, arbitrii facultate donatæ sunt, libertas unumquemque voluntatis suæ vel ad profectum per imitationem Dei provocavit, vel ad defectum per negligentiam traxit. Et hæc exstitit causa diversitatis inter rationabiles creaturas, non ex conditoris voluntate vel iudicio originem trahens, sed proprie libertatis arbitrio (Orig., *De principiis*, lib. II, c. 9). — D'après ce principe, Origène prétend que l'âme humaine peut arriver, par la pratique des vertus, à un degré de perfection assez élevé pour entrer dans l'ordre des Anges (*ibid.*, lib. I, c. 8, *De Angelis*).

etiam contra eam prædicta procedit ratio, quia non solum Deus non potest esse forma corporis, sed nec etiam aliquis supercoelestium spirituum, inter quos supremam Filium Dei Arius ponebat; nisi forte secundam positionem Origenis, qui posuit (Ἐπιπέχων, I. II, c. 9) animas humanas ejusdem speciei et naturæ cum supercoelestibus spiritibus esse; cujus opinionis falsitatem supra (I. II, c. 95) ostendimus.

2° Item, Subtracto eo quod est de ratione hominis, verus homo esse non potest. Manifestum est autem animam principaliter

de ratione hominis esse, quum sit ejus forma. Si igitur Christus animam non habuit, verus homo non fuit, quum tamen eum hominem Apostolus asserat, dicens: *Unus est mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus* (I. Tim., II, 5).

3° Adhuc, Ex anima non solum ratio hominis, sed et singularum partium ejus dependet; unde, remota anima, oculus, caro et os hominis mortui æquivoce dicuntur, sicut oculus pictus aut lapideus. Si igitur in Christo non fuit anima, necesse est quod nec vera caro in eo fuerit, nec aliqua alia

vraie chair, ni aucune autre partie de l'homme ; et cependant le Seigneur atteste qu'il a eu tout cela, en disant : *Un esprit n'a ni chair, ni os, comme vous voyez que j'en ai* (Luc, XXIV, 39).

4° On ne peut pas donner le nom de fils à l'être produit d'un être vivant, à moins qu'il ne procède dans la même espèce : ainsi on ne dit pas qu'un ver est fils de l'animal dont il est produit. Or, si Jésus-Christ n'avait pas une âme, il ne serait pas de la même espèce que les autres hommes ; car les êtres qui diffèrent par la forme ne sauraient appartenir à la même espèce. On ne pourra donc pas dire que Jésus-Christ est le fils de Marie, ou qu'elle est sa mère ; ce qui, cependant, est affirmé dans le récit évangélique.

5° L'Évangile dit expressément que Jésus-Christ eut une âme, comme on le voit dans ces passages : *Mon âme est triste jusqu'à la mort* (Matth., XXVI, 38) ; *Maintenant mon âme est troublée* (Joann., XII, 27) ; et pour les empêcher d'alléguer que le mot âme désigne le Fils de Dieu lui-même, puisque, dans leur opinion, il tient lieu d'âme et de chair, il faut avoir recours à cette parole du Seigneur : *J'ai le pouvoir de la déposer, c'est-à-dire mon âme, et j'ai le pouvoir de la prendre de nouveau* (Joann., X, 18) ; ce qui donne à entendre que ce qui, dans le Christ, avait le pouvoir de déposer et de reprendre son âme est distinct de cette âme. Or, il n'était pas au pouvoir du corps de s'unir au Fils de Dieu ou de se séparer de Dieu, puisque cela excédait les forces de la nature. Il faut donc expliquer cela en ce sens qu'en Jésus-Christ autre était l'âme et autre la divinité du Fils de Dieu, à laquelle ce pouvoir est attribué à juste titre.

6° La tristesse, la colère et les passions analogues affectent l'âme

partium hominis ; quam tamen hoc Dominus in se esse perhibeat, dicens : *Spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere* (Luc., XXIV, 39).

4° Amplius, Quod generatur ex aliquo vivente filius ejus dici non potest, nisi in eadem specie procedat ; non enim vermis dicitur filius animalis ex quo generatur. Sed, si Christus animam non haberet, non esset ejusdem speciei cum aliis hominibus ; quæ enim secundum formam differunt ejusdem speciei esse non possunt. Non igitur dici poterit quod Christus sit filius Mariæ Virginis, aut quod illa sit mater ejus ; quod tamen in evangelica Scriptura asseritur.

5° Præterea, In Evangelio expresse dicitur quod Christus animam habuit, sicut est illud : *Tristis est anima mea usque ad*

mortem [Matth., XXVI, 38] ; et : *Nunc anima mea turbata est* (Joann., XII, 27) Et, ne forte dicant ipsum Filium Dei animam dici, eo quod secundum eorum positionem locæ animæ et carnis sit, sumendum est quod Dominus dicit : *Potestatem habeo ponendi eam* (animam meam), *et potestatem habeo iterum sumendi eam* (Joann., X, 18) ; ex quo intelligitur aliud quam animam esse in Christo quod habuit potestatem ponendi animam suam et sumendi. Non autem fuit in potestate corporis quod uniretur Filio Dei vel separaretur a Deo, quam hoc etiam naturæ potestatem excedat. Oportet igitur intelligi in Christo aliud fuisse animam et aliud divinitatem Filii Dei, cui merito talis potestas tribuitur.

6° Item, Tristitia, ira et hujusmodi pas-

sensitive, comme nous le voyons par le Philosophe (3). Or, il est démontré par les Évangiles que Jésus-Christ a éprouvé ces passions. Donc il y a eu nécessairement dans Jésus-Christ une âme sensitive et il est évident que cette âme est différente de la nature divine du Fils de Dieu.

Mais, comme on pourrait nous répondre que les Évangiles attribuent à Jésus-Christ ce qui est humain dans le sens métaphorique, de même que la Sainte-Écriture parle de Dieu dans une foule d'endroits, il faut trouver quelque chose que l'on soit forcé d'entendre dans le sens propre. Ainsi, comme on entend dans le sens propre, et non dans le sens métaphorique, toutes les autres choses qui concernent le corps, et que les Évangélistes racontent de Jésus-Christ, on ne doit pas non plus considérer comme une métaphore ce qui est dit, qu'il a mangé, et, par conséquent, qu'il a eu faim. Or, il n'appartient qu'aux êtres doués d'une âme sensitive d'éprouver la faim, puisque la faim est l'appétit de la nourriture. Jésus-Christ a donc nécessairement eu une âme sensitive.

CHAPITRE XXXIII.

De l'erreur d'Apollinaire, qui affirmait que le Christ n'a pas eu une âme raisonnable, et de l'erreur d'Origène, qui enseignait que l'âme du Christ a été créée avant le monde.

Apollinaire, convaincu par ces témoignages de l'Évangile, confessa

(3) Virtutes quidem sunt perfectiones; vitia vero amotiones. Præterea virtus ad proprias affectiones recte disponit; vitium non recte. Quare nec ipsæ erunt alterationes, nec igitur abjectiones assumptionesque eorum. Oriantur autem quum ea pars que sensit alteratur, necesse est. A sensibilibus vero alterabitur. Omnis namque virtus moralis in voluptatibus corporis et doloribus versatur. Hæc vero aut in actione, aut in memo-

siones sunt animæ sensitivæ, ut patet per Philosophum (*Physic.*, VII, c. 3). Hæc autem in Christo fuisse ex Evangelii comprobatur. Oportet igitur in Christo fuisse animam sensitivam, de qua planum est quod differt a natura divina Filii Dei.

Sed, quis potest dici humana in Evangelii metaphoricè dici de Christo, sicut de Deo in plerisque locis Sacra Scriptura loquitur, accipiendum est aliquid quod necesse sit ut proprie dictum intelligatur. Sicut enim alia corporalia, que de Christo Evangelistæ narrant, proprie intelliguntur et non metaphoricè, ita oportet non metaphoricè de ipso intelligi quod manducaverit, et,

per consequens, quod esurierit. Esurire autem non est nisi habentis animam sensitivam, quum esuries sit appetitus cibi. Oportet igitur quod Christus habuerit animam sensitivam.

CAPUT XXXIII.

De errore Apollinaris dicentis animam rationalem non fuisse in Christo, et de errore Origenis dicentis animam Christi ante mundum fuisse creatam.

His autem testimoniis evangelicis Apollinaris convictus, confessus est in Christo

que le Christ eut une âme sensitive, mais sans esprit, ni intelligence ; en sorte que le Verbe de Dieu tient lieu à cette âme d'intelligence et d'esprit. Mais cela ne suffit pas pour éviter les inconvénients que nous avons signalés. En effet :

1^o L'homme entre dans l'espèce humaine parce qu'il a une âme humaine et la raison. Si donc Jésus-Christ n'a pas eu cela, il n'a pas été vrai homme et n'a pas appartenu à la même espèce que nous. Or, l'âme privée de raison appartient à une autre espèce que l'âme douée de raison ; car, selon ce que dit le Philosophe, lorsqu'il s'agit des définitions et des espèces, toute différence essentielle ajoutée ou retranchée fait varier l'espèce, de même que l'unité le fait pour les nombres (1). Or, le raisonnable constitue une différence spécifique. Si donc il y a eu en Jésus-Christ une âme sensitive sans la raison, cette âme n'était pas de la même espèce que la nôtre, qui est douée de raison. Donc Jésus-Christ lui-même n'était pas de la même espèce que nous.

2^o Il y a, même entre les âmes sensibles privées de raison, une diversité fondée sur l'espèce. Nous en trouvons la preuve dans les ani-

ria, aut in spe. Ac illa quidem quæ in actione sensu habentur, qui ab aliquo sensibili movetur. Quæ autem in memoria et spe, ab hac proficiuntur ; aut enim recordantes quibus affecti sunt, aut quæ expectant sperantes, delectantur. Quare necesse est ejusmodi omnem voluptatem e sensibilibus oriri. Quoniam autem voluptate aut dolore excitato vitium et virtus insunt (in illis enim versantur), voluptates autem et dolores partis sentientis sunt alterationes, perspicuum est necessarium esse aliquo alterato hæc abjiciantur et comparentur. Præterea ipsorum generatio cum alteratione est, ipsa autem non est alteratio. At neque ejus partis animæ quæ intelligendi vim habet alteratio est ; sciens enim maxime in his est quæ ad aliquid dicuntur (Arist., *Phys.*, VII, c. 3).

(1) Aliquid de aliquo significat ratio definitiva, et oportet hoc quidem ut materiam, illud vero formam esse. Manifestum autem hoc etiam est, quod si aliquo modo substantiæ numeri sunt, ita sunt, et non ; quemadmodum quidam dicunt, unitatum. Nam et definitio numerus quidam est ; divisibilis etenim, et in indivisibilia ; non enim infinitæ rationes ; numerus vero tale quid est. Et quemadmodum de numero, ablato, aut addito aliquo ex quibus numerus est, non est amplius idem numerus, sed diversus, etiam si minimum auferatur aut addatur ; ita nec definitio, nec ipsum quid erat esse (sive essentialia) erit amplius, ablato aliquo aut addito (Arist., *Metaphys.*, VIII, c. 3).

animam sensitivam fuisse, tamen sine mente et intellectu ; ita quod Verbum Dei fuerit illi animæ loco intellectus et mentis. Sed nec hoc sufficit ad inconvenientia prædicta vitanda.

1^o Homo enim speciem sortitur humanam ex hoc quod mentem humanam et rationem habet. Si igitur Christus hoc non habuit, verus homo non fuit nec ejusdem speciei nobiscum. Anima autem ratione carens ad aliam speciem pertinet quam anima rationem habens ; etenim, secundum Philoso-

phum (*Metaphys.*, VIII, c. 3), dicitur quod, in definitionibus et speciebus, quælibet differentia essentialis addita vel subtracta variat speciem, sicut in numeris unitas. Rationale autem est differentia specifica. Si igitur in Christo fuit anima sensitiva sine ratione, non fuit ejusdem speciei cum anima nostra, quæ est rationem habens. Nec ipse igitur Christus fuit ejusdem speciei nobiscum.

2^o Adhuc, Inter ipsas animas sensitivas ratione carentes diversitas secundum spe-

maux sans raison, qui diffèrent entre eux par l'espèce, et cependant, chacun d'eux appartient à telle espèce, à raison de l'âme qui lui est propre. Ainsi donc, l'âme sensitive privée de raison est comme un genre qui comprend sous lui plusieurs espèces. Or, il n'y a rien dans un genre qui ne se trouve dans quelqu'une de ses espèces. Si donc l'âme de Jésus-Christ était du genre de l'âme sensitive privée de raison, elle serait nécessairement contenue dans une de ses espèces : par exemple, dans la même espèce que l'âme du lion, ou du cheval, ou de quelque autre bête ; ce qui est complètement absurde.

3° Le corps est avec l'âme dans le même rapport que la matière avec la forme et l'instrument avec l'agent principal. Or, la matière doit être proportionnée à la forme, et l'instrument à l'agent principal. Il faut donc qu'une différence corresponde dans les corps à la différence des âmes ; et cela tombe sous les sens ; car nous voyons que les membres sont différemment disposés chez les animaux divers, selon qu'il convient aux diverses dispositions des âmes. Si donc Jésus-Christ n'avait pas eu une âme semblable à la nôtre, ses membres n'auraient pas non plus ressemblé aux membres de l'homme.

4° Puisque, selon Apollinaire, le Verbe de Dieu est vrai Dieu, il ne saurait lui convenir d'admirer quoi que ce soit ; car nous admirons les choses dont nous ignorons la cause. L'admiration ne convient pas davantage à l'âme sensitive, puisqu'il n'appartient pas à l'âme sensitive de se préoccuper de connaître les causes. Or, le Christ a éprouvé de l'admiration, comme les Évangiles le prouvent ; car il est rapporté que *Jésus, en entendant les paroles du Centurion, fut dans l'admiration* (Matth., VIII, 10). Il faut donc supposer en Jésus-Christ, outre la divinité du

ciem existit ; quod patet ex animalibus irrationalibus, quæ ab invicem specie differunt, quorum tamen unumquodque secundum propriam animam speciem habet. Sic igitur, anima sensitiva ratione carens est quasi unum genus sub se plures species comprehendens. Nihil autem est in genere quod non sit in aliqua ejus specie. Si igitur anima Christi fuit in genere animæ sensitivæ ratione carentis, oporteret quod contineretur sub aliqua specierum ejus, utpote quod fuerit in specie animæ leonis, vel equi, aut alicujus alterius belluæ ; quod est omnino absurdum.

3° Amplius, Corpus comparatur ad animam sicut materia ad formam et sicut instrumentum ad principale agens. Oportet autem materiam proportionatam esse formæ,

et instrumentum principali agenti. Ergo secundum diversitatem animarum oportet et corporum diversitatem esse ; quod et secundum sensum apparet ; nam in diversis animalibus inventiuntur diversæ dispositiones membrorum, secundum quod conveniunt diversis dispositionibus animarum. Si ergo in Christo non fuit anima qualis est anima nostra, nec membra habuisset sicut sunt membra humana.

4° Præterea, Quam, secundum Apollinarem, Verbum Dei sit verus Deus, ei admiratio competere non potest ; nam ea admiramur quorum causam ignoramus. Similiter autem nec admiratio animæ sensitivæ competeret, quam ad animam sensitivam non pertinet sollicitari de cognitione causarum. In Christo autem admiratio fuit, sicut ex Evangelis

Verbe et l'âme sensitive, un principe en vertu duquel il puisse lui convenir d'admirer, c'est-à-dire l'esprit humain. Il est donc clair, par ce qui vient d'être dit, que Jésus-Christ a eu un vrai corps humain et une vraie âme humaine.

Ainsi donc ce texte de saint Jean : *Et le Verbe a été fait chair* (Joann., I, 14), ne veut pas dire que le Verbe a été changé en chair, ni que le Verbe a pris seulement une chair ou une âme sensitive sans esprit; mais, selon la coutume de l'Écriture, la partie est prise pour le tout, en sorte que ces paroles : *Le Verbe a été fait chair*, équivalent à celles-ci : *Le Verbe a été fait homme*. L'âme, en effet, est mise aussi quelquefois pour l'homme dans l'Écriture; ainsi nous lisons : *Toutes les âmes de ceux qui étaient sortis de Jacob étaient au nombre de soixante-dix* (Exod., I, 5); et de même la chair est prise pour l'homme tout entier; car il est dit : *Toute chair verra pareillement que la bouche du Seigneur a parlé* (Is., XL, 5). Le mot chair se trouve donc ici pour l'homme tout entier, afin d'exprimer l'infirmité de la nature humaine que le Verbe a prise.

Si Jésus-Christ a eu une chair humaine et une âme humaine, comme il vient d'être démontré, il est évident que l'âme de Jésus-Christ n'a pas existé avant la conception de son corps. Nous avons prouvé, en effet, que les âmes des hommes n'existent pas avant leurs corps propres (liv. II, chap. 83). On voit par là combien est faux le sentiment d'Origène, qui affirmait que l'âme du Christ a été créée au commencement, avant les créatures corporelles et avec toutes les créatures spirituelles, que le Verbe de Dieu l'a prise, et qu'enfin, lorsque les siècles

probatur; dicitur enim quod *audiens Jesus verba Centurionis miratus est* (Matth., VIII, 10). Opertet igitur, præter divinitatem Verbi et animam sensitivam, in Christo aliquid ponere secundum quod admiratio ei competere possit, scilicet mentem humanam. Manifestum est igitur ex prædictis quod in Christo verum corpus humanum et vera anima humana fuit.

Sic igitur quod Joannes dicit : *Et Verbum caro factum est* (Joann., I, 14), non sic intelligitur quasi Verbum sit in carnem conversum, neque sic quod Verbum carnem solam assumpserit, aut animam sensitivam sine mente; sed, secundum consuetum Scripturæ modum, ponitur pars pro toto, ut si dictum sit : *Verbum caro factum est*, ac si diceretur : *Verbum homo factum est*. Nam et anima interdum ponitur pro homine in

Scriptura; dicitur enim : *Erant omnes animæ eorum quæ egressæ sunt de femore Jacob, septuaginta* (Exod., I, 5); similiter etiam et caro pro toto homine ponitur; dicitur enim : *Videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est* (Isaï., XL, 5). Sic igitur et hic caro pro toto homine ponitur, ad exprimendam humanæ naturæ infirmitatem, quam Verbum assumpserat.

Si autem Christus humanam carnem et humanam animam habuit, ut ostensum est, manifestum est animam Christi non fuisse ante corporis ejus conceptionem. Ostensum est enim (l. II, c. 83) quod humanæ animæ propriis corporibus non præexistunt. Unde patet falsum esse Origenis dogma dicentis animam Christi ab initio ante corporales creaturas cum omnibus aliis spiritualibus creaturis creatam, et a Verbo Dei assump-

furent accomplis, elle fut revêtue d'une chair pour le salut d'hommes (2).

CHAPITRE XXXIV.

De l'erreur de Théodore de Mopsueste touchant l'union du Verbe avec l'homme.

Il résulte donc de tout ce qui précède que Jésus-Christ n'a pas été privé de la nature divine, comme l'ont avancé Ebion, Cérinthe et Photin; ni d'un vrai corps humain, selon l'erreur des Manichéens et de Valentin; ni non plus d'une âme humaine, comme l'affirmèrent Arius et Apollinaire. Ces trois substances, savoir la divinité, une âme humaine et un vrai corps humain se trouvant ensemble dans le Christ, il nous reste à rechercher ce qu'il faut penser de leur union, d'après ce que nous trouvons dans les Écritures.

Théodore de Mopsueste et Nestorius, son disciple, ont émis l'opinion

[2] Quum unigenitus Dei invisibilis Dei ipse sit imago invisibilis, participationem sui universis rationabilibus creaturis invisibiliter præbuit, ita ut tantum ex eo unusquisque participii sumeret, quanto erga eum dilectionis imbuisset affectu. Verum, quum pro liberi arbitrii facultate varietas unumquemque ac diversitas habuisset animorum, ut alius ardentiore, alius tenuiore et exiliore erga auctorem suum amore teneretur, illa anima de qua dixit Jesus : *Quia nemo auferet a me animam meam* [Joann., x, 18], ab initio creaturæ et deinceps inseparabiliter ei atque indissociabiliter inherens, utpote Sapientiæ et Verbo Dei, et Veritati ac luci veræ, et tota totum recipiens, atque in ejus lucem splendoremque ipsa cedens, facta est cum ipso principaliter unus spiritus, sicut et Apostolus his qui eam imitari debent promittit, quia *Qui se jungit Domino, unus spiritus est* (I. Cor., vi, 17). Hac ergo substantia animæ inter Deum carnemque mediante (non enim possibile erat Dei naturam corpori sine mediatore misceri), nascitur, ut diximus, Deus homo, illa substantia media exsistente, cui utique contra naturam non erat corpus assumere, sed neque rursus anima illa, utpote substantia rationalis, contra naturam habuit capere Deum, in quem, ut superius diximus, velut in Verbum et Sapientiam et Veritatem tota jam cesserat. Unde et merito pro eo vel quod tota esset in Filio Dei, vel totum in se caperet Filium Dei, etiam ipsa cum ea quam Assumpserat carne Dei Filius, et Dei virtus, Christus et Dei Sapientia appellatur; et rursus Dei Filius, per quem omnia creata sunt, Jesus Christus et Filius hominis nominatur. Nam et Filius Dei mortuus esse dicitur, pro ea scilicet natura que mortem utique recipere poterat; et Filius hominis appellatur, qui venturus in Dei Patris gloria cum sanctis Angelis prædicatur.

tam, et demum circa finem seculorum pro salute hominum carne fuisse indutam (Ilipi ἀρχών, l. II, c. 6).

CAPUT XXXIV.

De errore Theodori Mopsuesteni circa unionem Verbi ad hominem.

Ex præmissis igitur apparet quod Christo

nec divina natura deficit, ut Ebion, Cerinthus et Photinus dixerunt; nec verum corpus humanum, secundum errorem Manichæi atque Valentini; nec etiam humana anima, sicut posuerunt Arius et Apollinaris. His igitur tribus substantiis in Christo convenientibus, scilicet divinitate, anima humana et vero humano corpore, circa horum unionem quid sentiendum sit, secundum Scripturarum documenta, inquirendum restat.

Theodorus igitur Mopsuestenus, et Nes-

vivante sur cette union. Ils ont dit qu'une âme humaine et un corps humain se sont trouvés ensemble dans le Christ en vertu d'une union naturelle, de manière à former un homme qui est de la même espèce et de la même nature que le reste des hommes, et que Dieu a habité dans cet homme comme dans son temple, c'est-à-dire par sa grâce, tout comme dans les autres hommes saints; c'est ce qui lui fait dire aux Juifs: *Détruisez ce temple, et je le relèverai en trois jours* (Joann., II, 19); et l'Évangéliste ajoute, comme pour expliquer cette parole: *Il parlait du temple de son corps* (ibid., 21); et l'Apôtre dit qu'*il a plu* [au Père] *que toute la plénitude habitât en lui* (Coloss., I, 19). Il résulte ultérieurement de là, entre cet homme et Dieu, une sorte d'union d'affection, qui consiste en ce que cet homme s'attacha à Dieu par sa volonté qui était bonne, et en ce que Dieu l'accepta par sa volonté, selon ce que nous lisons: *Celui qui m'a envoyé est avec moi; et il ne m'a pas laissé seul, parce que je fais toujours ce qui lui est agréable* (Joann., VIII, 29). Ainsi ils assimilent cette union à celle dont parle l'Apôtre, en ces termes: *Celui qui s'attache à Dieu est un même esprit avec lui* (I. Cor., VI, 17). Et comme, à raison de cette union, les noms qui conviennent proprement à Dieu sont transportés aux hommes, en sorte qu'ils sont appelés *dieux, fils de Dieu, seigneurs, saints et christes*, ainsi que nous le voyons en divers endroits de l'Écriture, de même les noms divins conviennent à cet homme, et dès lors il est appelé *Dieu*,

Et hac de causa per omnem Scripturam tam divina natura humanis vocabulis appellatur, quam humana natura divinæ nuncupationis insignibus decoratur (Orig., *De principiis*, lib. II, c. 6, *De Incarnatione Christi*). — Origène n'expose ses idées sur ce point qu'avec réserve; car l'article que nous citons est précédé de ces paroles: De quo nos non temeritate aliqua, sed quoniam ordo loci deposcit, ea magis quæ fides nostra continet, quam quæ humanæ rationis assertio vindicari solet, quam paucissimis proferamus, suspiciones potius nostras quam manifestas aliquas affirmationes in medium proferentes.

torius ejus sectator, talem sententiam de prædicta unione protulerunt. Dixerunt enim quod anima humana et corpus humanum naturali unione convenerunt in Christo ad constitutionem unius hominis eiusdem speciei et naturæ cum aliis hominibus, et quod in hoc homine Deus habitavit sicut in templo suo, scilicet per gratiam, sicut et in aliis hominibus sanctis; unde illud quod ipse Judæis dixit: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* (Joann., II, 19); et postea Evangelista, quasi exponens, subdit: *Ille autem dicebat de templo corporis sui* (ibid., 21); et Apostolus, quod in ipso *complacuit omnem plenitudinem inhabitare* (Coloss., I, 19). Et ex hoc consecuta est ulterius quædam affectualis unio inter ho-

minem illum et Deum, dum et homo ille bona sua voluntate Deo in hæsit, et Deus sua voluntate illum acceptavit, secundum illud: *Qui me misit, mecum est; et non reliquit me solum quia ego, quæ placita sunt ei, facio semper* (Joann., VIII, 29); ut sic intelligatur talis esse unio hominis illius ad Deum qualis est unio de qua Apostolus dicit: *Qui adhæret Deo, unus spiritus est* (I. Cor., VI, 17). Et, sicut ex hac unione nomina quæ proprie Deo conveniunt ad homines transferantur, ut dicantur *dei, et filii Dei, et domini, et sancti, et christi*, sicut ex diversis locis Scripturæ patet, ita et nomina divina homini illi conveniunt, ut, propter Dei inhabitationem et unionem affectus, dicatur et *Deus, et Dei Filius, et*

Fils de Dieu, Seigneur, Saint et Christ, parce que Dieu habite en lui et qu'il lui est uni d'affection. Toutefois, comme la plénitude de la grâce s'est trouvée en lui plus que dans les autres hommes saints, il a été plus que tous les autres le temple de Dieu ; l'union d'affection a été plus étroite entre lui et Dieu, et il a participé aux noms divins par un privilège singulier ; et à cause de cette excellence de la grâce, il a été mis en participation de la dignité et de l'honneur de Dieu, à ce point qu'on l'adore conjointement avec Dieu.

Ainsi donc, d'après ce que nous venons de voir, la personne du Verbe de Dieu est nécessairement distincte de la personne de cet homme que l'on adore avec le Verbe de Dieu. Si l'on affirme qu'ils ne font l'un et l'autre qu'une personne, ce sera à raison de l'union d'affection dont nous avons parlé, et alors on dit que cet homme et le Verbe de Dieu sont une même personne, tout comme il est dit que l'homme et la femme *ne sont plus deux, mais une même chair* (Matth., xix, 6). Et parce qu'il ne résulte pas d'une telle union que ce que l'on attribue à l'un puisse être affirmé de l'autre ; car tout ce qui convient à l'homme n'est pas vrai de la femme, et réciproquement ; les auteurs de cette opinion pensent qu'il faut observer, pour l'union du Verbe et de cet homme, qu'on ne peut pas attribuer convenablement au Verbe de Dieu, ou à Dieu, les choses qui sont propres à l'homme, comme appartenant à la nature humaine : par exemple, il convient à cet homme d'être né de la Vierge, d'avoir souffert, d'être mort, d'avoir été enseveli, et le reste ; et ils prononcent qu'il n'est pas permis de prêter tout cela à Dieu, ou au Verbe de Dieu.

Cependant, parce que certains noms, bien qu'ils appartiennent principalement à Dieu, se donnent aussi en quelque manière aux hommes

Dominus, et Sanctus, et Christus. Sed tamen, quia in illo homine major plenitudo gratiæ fuit quam in aliis hominibus sanctis, fuit præ cæteris templum Dei, et arcus Deo secundum affectum unitus, et singulari quodam privilegio divina nomina participavit, et propter hanc excellentiam gratiæ constitutus est in participatione divinæ dignitatis et honoris, ut scilicet coadoretur Deo.

Et sic, secundum prædicta, oportet quod alia sit persona Verbi Dei et alia persona illius hominis qui Verbo Dei coadoretur. Et si dicatur una persona utriusque, hoc erit propter unionem affectualem prædictam, ut sic dicatur homo ille et Dei Verbum una persona sicut dicitur de viro et

muliere quod *jam non sunt duo, sed una caro* (Matth., xix, 6). Et, quia talis unio non facit ut quod de uno dicitur de altero dici possit (non enim quidquid convenit viro verum est de muliere, aut e converso), ideo in unione Verbi et illius hominis hoc observandum putant quod ea quæ sunt propria illius hominis, ad humanam naturam pertinentia, de Verbo Dei aut de Deo convenienter dici non possunt ; sicut homini illi convenit quod sit natus de Virgine, quod passus, mortuus et sepultus, et hujusmodi ; quæ omnia asserunt de Deo vel de Dei Verbo dici non debere.

Sed, quia sunt quædam nomina quæ, etsi Deo principaliter convenient, commu-

par communication, comme ceux de Christ, de Seigneur, de Saint, et même de Fils de Dieu, rien n'empêche, selon eux, d'attribuer à ces noms les choses qui viennent d'être énoncées. Il convient donc, à leur sens, de dire que le Christ, le Seigneur de gloire, le Saint des saints, ou le Fils de Dieu est né de la Vierge, a souffert, est mort et a été enseveli; d'où ils concluent qu'on ne doit pas donner à la bienheureuse Vierge le titre de mère de Dieu ou du Verbe de Dieu, mais celui de mère du Christ (1).

Mais si l'on examine avec attention cette opinion, on voit qu'elle détruit la vérité de l'Incarnation. En effet :

1^o D'après ce qui précède, le Verbe de Dieu n'a été uni à cet homme que parce qu'il a habité en lui par sa grâce; et de là résulte l'union des volontés. Or, cette manière d'habiter du Verbe de Dieu dans l'homme ne constitue pas l'Incarnation du Verbe; car le Verbe de Dieu et Dieu lui-même a habité dans tous les saints depuis le commencement du monde, comme le dit l'Apôtre : *Vous êtes le temple du Dieu vivant, selon cette parole du Seigneur : J'habiterai en eux* (II. Cor., VI, 16), et on ne peut pas dire que cette habitation est une incarnation; car, s'il en était

(1) Cette hérésie naquit des disputes soulevées par celle d'Apollinaire, qui niait que le Verbe de Dieu eût pris une âme humaine, et, par conséquent, la nature humaine elle-même. Théodore de Mopsueste entreprit de prouver, et prouva, en effet, par l'Écriture, que Jésus-Christ eut un corps et une âme unis de manière à former un homme semblable à nous, en sorte qu'il réunissait en lui la nature divine et la nature humaine; mais il posa ce faux principe, que le Verbe n'habitait dans cet homme que comme dans un temple, d'où l'on devait conclure qu'il n'y a pas eu d'union hypostatique entre les deux natures. Nestorius tira cette conclusion, qui est très légitime, si l'on admet le principe de Théodore; et dès lors que l'on voit en Jésus-Christ deux personnes, il n'est plus permis d'appeler Marie mère de Dieu, mais seulement mère du Christ, puisque par là se trouve détruite la communication des idiomes, et qu'on ne peut plus dire absolument que le Verbe ou le Fils de Dieu est homme. — Nestorius fut condamné et déposé de son siège de Constantinople par le concile d'Éphèse, en 431. Le peuple, qui attendait avec anxiété la décision du concile, éclata en transports de joie en entendant la lecture du décret qui assurait à la sainte Vierge le titre glorieux de Mère de Dieu (Θεοτόκος).

necantur tamen hominibus per aliquem modum, sicut Christus, Dominus, Sanctus, et etiam Filius Dei, de hujusmodi nominibus, secundum eos, nihil prohibet prædicta prædicari. Convenienter enim dicitur, secundum eos, quod Christus, Dominus gloriæ, vel Sanctus Sanctorum, vel Dei Filius, sit natus de Virgine, passus, mortuus et sepultus; unde et beatam Virginem, non matrem Dei vel Verbi Dei, sed matrem Christi nominandam esse dicunt.

Sed, si quis diligenter consideret, prædicta positio veritatem Incarnationis excludit.

1^o Non enim, secundum prædicta, Verbum Dei fuit homini illi unitum, nisi secundum inhabitationem per gratiam, ex qua consequitur unio voluntatum. Inhabitatio autem Verbi Dei in homine non est Verbum Dei incarnatum; habitavit enim Verbum Dei et Deus ipse in omnibus sanctis a constitutione mundi, secundum illud Apostoli : *Vous êtes temple de Dieu vivant, ainsi dit le Seigneur : Quoniam inhabitabo in illis* (II. Cor., VI, 16); quæ tamen inhabitatio incarnatio dici non potest; alioquin, frequenter ab initio mundi Deus incarnatus fuisset. — Nec etiam ad incarnationis ratio-

ainsi, Dieu se serait souvent incarné depuis l'origine du monde. — Il ne suffit pas non plus, pour constituer une incarnation, que le Verbe de Dieu ait habité dans cet homme par une grâce plus abondante, parce que le plus et le moins ne diversifient pas l'espèce de l'union. Puis donc que la Religion chrétienne est fondée sur la foi à l'Incarnation, il est évident que cette opinion renverse le fondement de la religion chrétienne.

2° Le langage même qu'emploie l'Écriture fait bien voir la fausseté de cette opinion. La Sainte-Écriture exprime ordinairement que Dieu habite dans les hommes saints comme il suit : *Le Seigneur parla à Moïse* (Exod., vi, 2); ou bien : *Le Seigneur dit à Moïse* (*ibid.*, x, 13). *La parole du Seigneur se fit entendre à Jérémie* (Jérém., i, 4 et alib.), ou à quelque autre Prophète : *La parole du Seigneur se fit entendre au Prophète Aggée* (Agg., i, 1 et 3). Or, nous ne lisons nulle part que le Verbe de Dieu se soit fait Moïse, ou Jérémie, ou quelqu'un des autres; mais l'Évangéliste use de cette locution pour désigner, comme quelque chose de singulier, l'union du Verbe de Dieu avec la chair du Christ, quand il dit : *Et le Verbe a été fait chair* (Joann., i, 14), ainsi que nous l'avons exposé plus haut. Il est donc clair, d'après l'enseignement de l'Écriture, que le Verbe de Dieu n'a pas été dans Jésus-Christ homme seulement parce qu'il y a habité.

3° Tout ce qui devient quelque chose est cette chose qui est faite : ainsi, ce qui est fait homme est homme, et ce qui devient blanc est blanc. Or, le Verbe de Dieu a été fait homme, comme il résulte de ce que nous avons vu (ch. 27). Donc le Verbe de Dieu est homme. Or, on ne saurait affirmer l'un de l'autre deux êtres qui diffèrent de personne,

nem sufficit si Verbum Dei aut Deus pleniori gratia habitavit in illo homine, quia magis et minus speciem non diversificant unionis. Quum igitur Christiana Religio in fide Incarnationis fundetur, evidenter apparet quod prædicta positio fundamentum Christianæ Religionis tollit.

2° Præterea, Ex ipso modo loquendi Scripturarum falsitas prædictæ positionis apparet. Inhabitationem enim Verbi Dei in sanctis hominibus constevit Sacra Scriptura his modis significare : *Locutus est Dominus ad Moysen* [Exod., vi, 2], vel : *Dicit Dominus ad Moysen* (*ibid.*, x, 13); *Factum est verbum Domini ad Jeremiam* (Jerem., i, 4 et alibi), aut ad aliquem aliorum Prophetarum; *Factum est verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ* (Agg., i, 1

et 3). Nunquam autem legitur quod Verbum Domini factum sit vel Moyses, vel Jeremias, vel aliquis aliorum. Hoc autem modo singulariter unionem Dei Verbi ad carnem Christi designat Evangelista, dicens : *Et Verbum caro factum est* (Joann., i, 14), ut supra expositum est Manifestum est igitur quod non solum per modum inhabitationis Verbum Dei in homine Christo fuit, secundum traditiones Scripturæ.

3° Item, Omne quod factum est aliquid est illud quod factum est, sicut quod factum est homo est homo, et quod factum est album est album. Sed Verbum Dei factum est homo, ut ex præmissis (c. 27) habetur. Igitur Verbum Dei est homo. Impossibile est autem ut duorum differentium persona aut hypostasi vel supposito un

d'hypostase ou de 'suppôt; car lorsqu'on dit : « L'homme est un animal, » ce même qui est un animal est un homme; et si l'on dit : « L'homme est blanc, » on indique par là que cet homme même est blanc, quoique la blancheur soit en dehors de la raison constitutive de l'humanité; et, pour cette raison, on ne peut dire en aucune façon que Socrate est Platon, ou quelque autre individu de la même espèce, ou d'une espèce différente. Si donc le Verbe de Dieu a été fait chair, c'est-à-dire homme, comme l'Évangéliste l'atteste, il est impossible que le Verbe de Dieu et cet homme soient deux personnes, ou deux hypostases, ou deux suppôts.

4° Les pronoms démonstratifs se rapportent à la personne, à l'hypostase ou au suppôt; car nul ne dirait : « Je cours, » lorsqu'un autre court, à moins que ce ne soit dans le sens figuré, parce qu'un autre court à sa place. Or, cet homme qui s'appelait Jésus dit de lui-même : *J'étais avant qu'Abraham fût fait* (Joann., VIII, 58); *Mon Père et moi nous sommes un* (*ibid.*, X, 30), et plusieurs autres choses qui appartiennent évidemment à la divinité du Verbe. La personne et l'hypostase de cet homme qui parle est donc manifestement la personne même du Fils de Dieu.

5° On voit par ce qui précède que le corps du Christ n'est pas descendu du ciel, selon l'erreur de Valentin, ni son âme, selon l'erreur d'Origène (ch. 30 et 33); d'où il reste à conclure que ce qui est dit, qu'il est descendu, se rapporte au Verbe de Dieu; et il est descendu, non en changeant de lieu, mais à raison de son union avec une nature inférieure, ainsi que nous l'avons observé (ch. 30). Or, cet homme, parlant de lui-même, affirme qu'il est descendu du ciel, en ces termes :

de altero prædicetur; quum enim dicitur : « Homo est animal, » id ipsum quod animal est homo est; et quum dicitur : « Homo est albus, » ipse homo albus esse signatur, licet albedo sit extra rationem humanitatis; et ideo nullo modo dici potest quod Socrates sit Plato vel aliquod aliud singularium ejusdem vel alterius speciei. Si igitur Verbum caro factum est, id est homo, ut Evangelista testatur, impossibile est quod Verbi Dei et illius hominis sint duæ personæ, vel duæ hypostases, vel duæ supposita.

4° Adhuc, Pronomina demonstrativa ad personam referuntur, vel hypostasim, vel appositum; nemo enim diceret : « Ego curro, » currente alio, nisi forte figurative,

utpote quod alius loco ejus cerneret. Sed ille homo qui dictus est Jesus dicit de se : *Antequam Abraham fieret ego sum* (Joann., VIII, 58); et : *Ego et Pater unum sumus* (*ibid.*, X, 30), et plura alia quæ manifeste ad divinitatem Verbi pertinent. Ergo manifestum est quod persona illius hominis loquentis et hypostasis est ipsa persona Filii Dei.

5° Amplius, Ex superioribus (c. 30 et 33) patet quod neque corpus Christi de caelo descendit, secundum errorem Valentini, neque anima, secundum errorem Origenis; unde restat quod ad Verbum Dei pertinet quod dicitur descendisse, non motu locali, sed ratione unionis ad inferiorem naturam, ut supra (c. 30) dictum est. Sed ille homin,

Je suis le pain vivant, moi qui suis descendu du ciel (Joann., vi, 51). La personne et l'hypostase de cet homme sont donc nécessairement la personne du Verbe de Dieu.

6° Il est clair qu'il convient de monter au ciel au Christ homme, qui, selon ce qui est rapporté, *s'éleva à la vue des Apôtres* (Act., i, 9), et qu'il convient au Verbe de Dieu de descendre du ciel. Or, l'Apôtre dit : *Celui qui est descendu, c'est lui-même qui est aussi monté* (Ephés., iv, 10). Donc la personne et l'hypostase de cet homme sont les mêmes que la personne et l'hypostase du Verbe de Dieu.

7° Il ne convient pas de venir dans le monde à celui qui tire son origine du monde et qui n'existait pas avant que le monde fût. Or, Jésus-Christ homme tire son origine du monde selon la chair, puisqu'il a eu un vrai corps humain et terrestre, comme il a été démontré (ch. 27); et quant à son âme, il n'a pas existé avant d'être dans le monde; car il a eu une vraie âme humaine, dans la nature de laquelle il entre de ne pas exister avant d'être unie à un corps. Il reste donc à dire qu'il ne convient pas à cet homme de venir dans le monde à raison de son humanité. Or, il affirme lui-même qu'il est venu dans le monde : *Je suis sorti de mon Père*, dit-il, *et je suis venu dans le monde* (Joann., xvi, 28). Or, il est manifeste que ce qui convient au Verbe de Dieu est attribué à cet homme selon la vérité; car l'Évangéliste saint Jean nous fait voir clairement qu'il convient au Verbe de Dieu de venir dans le monde, en disant : *Il était dans le monde, et le monde a été fait par lui, et le monde ne l'a pas connu. Il est venu chez lui, etc.* (Joann., i, 10 et 11). La personne et l'hypostase de cet homme qui parle sont

ex persona sua loquens, dicit se descendisse de caelo : *Ego sum panis vivus qui de caelo descendi* (Joann., vi, 51). Necesso est igitur personam et hypostasium illius hominis esse personam Verbi Dei.

6° Item, Manifestum est quod ascendere in caelum Christo homini convenit, qui, *sidentibus Apostolis elevatus est*, ut dicitur (Act., i, 9). Descendere autem de caelo Verbo Dei convenit. Sed Apostolus dicit : *Qui descendit, ipse est et qui ascendit* (Ephes., iv, 10). Ipsa igitur est persona et hypostasis illius hominis quae est persona et hypostasis Verbi Dei.

7° Adhuc, Ei qui originem habet ex mundo et non fuit antequam esset in mundo non convenit venire in mundum. Sed homo

Christus secundum carnem originem habet ex mundo, quia verum corpus humanum et terrenum habuit, ut ostensum est (c. 27); secundum animam vero non fuit antequam esset in mundo; habuit enim veram animam humanam, de cuius natura est ut non sit antequam corpori uniat. Relinquitur igitur quod homini illi ex sua humanitate non conveniat venire in mundum : *Ἐξῆρι*, inquit, *ε Πατρὸς, et venit in mundum* (Joann., xvi, 28). Manifestum est igitur quod id quod Verbo Dei convenit de homine illo dicitur vere; nam quod Verbo Dei convenit venire in mundum, manifeste ostendit Joannes Evangelista, dicens : *In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, etc.* (ibid., i, 10 et

donc nécessairement la personne et l'hypostase du Verbe de Dieu.

8° L'Apôtre s'exprime ainsi : *Il dit en entrant dans le monde : Vous n'avez point voulu de victime, ni d'oblation; mais vous m'avez uni un corps* (Hebr., x, 5). Or, celui qui entre dans le monde est le Verbe de Dieu, comme nous l'avons vu (ch. 30). Donc c'est au Verbe de Dieu lui-même qu'un corps est uni de manière à devenir son propre corps; ce qui ne pourrait se dire, si la même hypostase n'était pas celle du Verbe de Dieu et de cet homme. Donc, le Verbe de Dieu et cet homme n'ont nécessairement qu'une seule hypostase.

9° Tout changement ou toute passion qui convient au corps de quelqu'un peut être attribué à celui à qui appartient le corps; ainsi, si le corps de Pierre est blessé, frappé, ou vient à mourir, on peut dire que Pierre est blessé, frappé, ou meurt. Or, il vient d'être prouvé que le corps de cet homme était le corps du Verbe de Dieu. Il est donc permis d'attribuer au Verbe de Dieu toute passion qui a affecté le corps de cet homme. Donc on peut dire en toute vérité que le Verbe de Dieu et Dieu a souffert et a été crucifié, qu'il est mort et a été enseveli; ce qui était nié par ceux que nous combattons.

10° L'Apôtre dit : *Il convenait que Celui pour qui et par qui toutes choses sont, et qui avait conduit beaucoup d'enfants à la gloire, devint, par la souffrance, le parfait auteur de leur salut* (Hebr., II, 10) (2). D'où nous concluons que celui pour qui toutes choses sont, qui a conduit les hommes à la gloire, et qui est l'auteur du salut des hom-

(2) Il y a dans la Vulgate *consummari*, au lieu de *consummari*. Suivant cette version il faudrait traduire : *Il convenait que Celui pour qui et par qui toutes choses sont, et qui avait conduit beaucoup d'enfants à la gloire, perfectionnât par la souffrance l'auteur de leur salut.*

11). Oportet igitur personam et hypostasim illius hominis loquentis esse personam et hypostasim Verbi Dei.

8° Item, Apostolus dicit : *Ingrediens mundum dicit : Hostiam et oblationem nolui; corpus autem aptasti mihi* (Hebr., x, 5). Ingrediens autem mundum verbum Dei est ut, ostensum est (c. 30) Ipse ergo Dei Verbo corpus aptatur, ut scilicet sit proprium corpus ejus; quod dici non posset, nisi esset ea lem hypostasis Verbi Dei et illius hominis. Oportet igitur esse eandem hypostasim Dei Verbi et illius hominis.

9° Amplius, Omnis mutatio vel passio conveniens corpori alicujus potest attribui ei cuius est corpus; si enim corpus Petri

vulneretur, flagellatur aut moriatur, potest dici quod Petrus vulneratur, flagellatur aut moritur. Sed corpus illius hominis fuit corpus Verbi Dei, ut ostensum est. Ergo omnis passio quæ in corpore illius hominis facta fuit potest Verbo Dei attribui. Ræote igitur potest dici quod Verbum Dei et Deus est passus, crucifixus, mortuus et sepultus; quod ipse negabant.

10° Item, Apostolus dicit : *Decibat eum, propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummari* (Hebr., II, 10). Ex quo habetur quod ille propter quem sunt omnia, et qui homines in gloriam adducit, et qui est auctor salutis

mes, a souffert et est mort. Or, ces quatre choses appartiennent exclusivement à Dieu, et ne sont attribuées à aucun autre; car il est écrit : *Le Seigneur a fait toutes choses pour lui-même* (Prov., XVI, 4). Il est dit du Verbe de Dieu : *Toutes choses ont été faites par lui* (Joann., I, 3). Nous lisons encore : *Le Seigneur donnera la grâce et la gloire.* (Ps. LXXXIII, 12); et ailleurs : *Le salut des justes vient du Seigneur* (Ps. XXXVI, 39). Manifestement donc il est exact de dire que Dieu, que le Verbe de Dieu a souffert et qu'il est mort.

11° Quoique l'on puisse donner le nom de *seigneur* à un homme parce qu'il participe au domaine divin, cependant il n'est permis d'appeler le *Seigneur de gloire* aucun homme, ni aucune créature, parce que Dieu seul possède, en vertu de sa nature, la gloire du bonheur futur, et les autres n'en jouissent que par un don de la grâce; aussi est-il dit : *Le Seigneur des Vertus est lui-même le Roi de la gloire* (Ps. XXIII, 10). Or, l'Apôtre affirme que le *Seigneur de gloire* a été crucifié : *S'ils l'avaient connu, dit-il, jamais ils n'auraient crucifié le Seigneur de gloire* (I. Cor., II, 8). On peut donc vraiment dire que Dieu a été crucifié.

12° Le Verbe de Dieu est appelé Fils de Dieu en vertu de sa nature, ainsi qu'il résulte des démonstrations précédentes (chap. 11 et 14); au lieu que l'homme n'est appelé fils de Dieu qu'à raison de la grâce de l'adoption, et parce que Dieu habite en lui. Ainsi donc, suivant l'opinion ci-dessus exposée, les deux modes de filiation se rencontrent dans notre Seigneur Jésus-Christ; car le Verbe qui habite est fils de Dieu par nature, et l'homme qui est habité est fils de Dieu par la grâce de l'adoption. Par conséquent, le nom de Fils propre ou de Fils unique de Dieu ne peut pas s'appliquer à cet homme, mais seulement au Verbe

humane passus est et mortuus. Sed hæc quatuor singulariter sunt Dei, et nulli alii attribuuntur; dicitur enim: *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus* (Proverb., XVI, 4); et de Verbo Dei dicitur: *Omnia per ipſum facta ſunt* (Joann., I, 3); et: *Gratiam et gloriam dabit Dominus* (Psalm. LXXXIII, 12); et alibi: *Salus autem iuſtorum a Domino* (Psalm. XXXVI, 39). Maniſteſtum eſt igitur recte dici Deum, Dei Verbum, eſſe paſſum et mortuum.

11° Præterea, licet aliquis homo participatione divini dominiſ dominiſ dici poſſit, nullus homo tamen neque creatura aliqua poſteſt dici *Dominus gloriæ*, quia gloriæ futuræ beatitudiniſ ſolus Deus ex natura poſſidet, alii vero per donum gratiæ; unde

et dicitur: *Dominus Virtutum ipſe eſt Rex gloriæ* (Psalm. XXIII, 10). Sed Apoſtolus dicit *Dominum gloriæ* eſſe crucifixum: *Si enim cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifiſſent* (I. Cor., II, 8). Vere igitur dici poſteſt quod Deus ſit crucifixus.

12° Adhuc, Verbum Dei dicitur Dei Filius per naturam, ut ex ſupra dictis (c. 11 et 14) patet; homo autem, propter inhabitationem Dei, dicitur Dei filius per gratiam adoptionis. Sic igitur in Domino Jeſu Chriſto, ſecundum poſitionem prædictam, eſt accipere utrumque filiationis modum; nam Verbum inhabitans eſt Dei Filius per naturam, homo inhabitatus eſt Dei filius per gratiam adoptionis. Unde homo ille non poſteſt dici proprius vel unigenitus Dei Filius, ſed ſolum

de Dieu, qui seul a été engendré du Père de manière à prendre proprement naissance de lui. Or, l'Écriture attribue au Fils propre et unique de Dieu la souffrance et la mort; car l'Apôtre dit : *Il n'a pas épargné son propre Fils, mais il l'a livré pour nous tous* (Rom., VIII, 32); et nous lisons ailleurs : *Dieu a tellement aimé le monde, qu'il a donné son Fils unique, afin que quiconque croit en lui ne périsse pas, mais ait la vie éternelle* (Joann., III, 16). Ce qui prouve que l'Évangéliste veut parler de ce qu'il a été livré à la mort, c'est qu'auparavant il s'était exprimé dans les mêmes termes, en disant du Fils de l'homme crucifié : *Comme Moïse a élevé le serpent dans le désert, ainsi il faut que le Fils de l'homme soit élevé, afin que quiconque croit en lui ne périsse pas, mais ait la vie éternelle* (*ibid.*, 14 et 15). De même, l'Apôtre nous montre que la mort de Jésus-Christ est une marque de l'amour de Dieu pour le monde, lorsqu'il dit : *Dieu fait éclater son amour pour nous, en ce que, quand nous étions encore pécheurs, Jésus-Christ est mort pour nous dans le temps marqué* (Rom., V, 8 et 9). On peut donc vraiment dire que le Verbe de Dieu et Dieu a souffert et est mort.

13° On dit que quelqu'un est le fils de telle mère, parce que son corps est pris d'elle, quoique l'âme ne soit pas prise de la mère, mais vienne d'un principe extrinsèque. Or, le corps de cet homme a été pris d'une mère vierge, et nous avons démontré que le corps de cet homme est le corps du Fils naturel de Dieu, c'est-à-dire du Verbe de Dieu. Il convient donc d'affirmer que la bienheureuse Vierge est la mère du Verbe de Dieu, et aussi de Dieu, quoique la divinité du Verbe ne soit pas prise de sa mère; car il n'est point nécessaire que le Fils prenne de sa mère tout ce qui entre dans sa substance, mais seulement son corps.

Dei Verbum, quod secundum proprietatem nativitatis singulariter a Patre genitum est. Attribuit autem Scriptura proprio et unigenito Dei Filio passionem et mortem; dicit enim Apostolus : *Proprio Filio suo non percipit, sed pro nobis omnibus tradidit illum* (Rom., VIII, 32); et : *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam* (Joann., III, 16). Et quod loquitur de traditione ad mortem, patet per id quod eadem verba supra præmiserat, de Filio hominis crucifixo dicens : *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita oportet exaltari Filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam* (*ibid.*, 14 et 15). Et Apostolus mortem

Christi indicium divins dilectionis ad mundum esse ostendit, dicens : *Commendat suam charitatem Deus in nobis; quoniam, quum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est* (Rom., V, 8 et 9). Recte igitur dici potest quod Verbum Dei Deus sit passus et mortuus.

13° Item, Ex hoc dicitur aliquis filius alicujus matris, quia corpus ejus ex ea sumitur, licet anima non sumatur ex matre, sed ab exteriori sit. Corpus autem illius hominis ex virgine matre sumptum est; ostensum est autem corpus illius hominis esse corpus Filii Dei naturalis, id est Verbi Dei. Convenienter igitur dicitur quod beata Virgo sit mater Verbi Dei, et etiam Dei, licet divinitas Verbi a matre non sumatur; non

14^o L'Apôtre dit : *Dieu envoya son Fils formé d'une femme* (Galat., IV, 4); paroles qui nous montrent comment il faut entendre la mission du Fils de Dieu. Il est dit, en effet, qu'il a été envoyé parce qu'il a été formé d'une femme; ce qui ne pourrait pas être vrai, si le Fils de Dieu n'avait pas existé avant d'être formé d'une femme; car on conçoit que l'être qui est envoyé en quelque lieu existe avant de se trouver dans le lieu où il est envoyé. Or, cet homme qui est fils adoptif, selon Nestorius, n'existait pas avant de naître d'une femme. On ne peut donc entendre ces mots de l'Apôtre : *Dieu envoya son Fils*, du Fils adoptif, mais on doit les appliquer au Fils naturel, c'est-à-dire à Dieu Verbe de Dieu. Or, par là même que quelqu'un est formé d'une femme, il est fils d'une femme. Donc Dieu Verbe de Dieu est fils d'une femme.

On nous répondra peut-être qu'il ne faut pas expliquer ce texte de l'Apôtre en ce sens, que le Fils de Dieu a été envoyé pour être formé d'une femme, mais qu'il signifie que le Fils de Dieu, qui a été formé d'une femme et assujetti à la loi, a été envoyé pour racheter ceux qui étaient sous la loi; et ainsi ces expressions, *son Fils*, ne doivent pas s'entendre du Fils naturel, mais bien de cet homme qui est fils d'adoption. Mais les paroles mêmes de l'Apôtre excluent ce sens. Celui-là seul, en effet, peut délivrer de la loi qui est au-dessus de la loi; et c'est l'auteur de la loi. Or, la loi a été rendue par Dieu. Donc il n'appartient qu'à Dieu de délivrer de la servitude de la loi. Or, l'Apôtre attribue cela au Fils de Dieu dont il parle. Donc le Fils de Dieu dont il parle est le Fils naturel. Donc il est vrai de dire que le Fils naturel de Dieu, c'est-à-dire Dieu Verbe de Dieu, a été formé d'une femme.

enim oportet quod filius totum quod est de sua substantia a matre sumat, sed solum corpus.

14^o Amplius, Apostolus dicit : *Misit Deus Filium suum factum ex muliere* (Galat., IV, 4); ex quibus verbis ostenditur qualiter missio Filii Dei sit intelligenda. Eo enim dicitur missus quod factus est ex muliere; quodquidem verum esse non posset, nisi Filius Dei ante fuisset quam factus esset ex muliere; quod enim in aliquid mittitur prius esse intelligitur quam sit in eo in quod mittitur. Sed homo ille qui est filius adoptivus, secundum Nestorium, non fuit antequam natus esset ex muliere. Quod ergo dicit : *Misit Deus Filium suum*, non potest intelligi de filio adoptivo, sed oportet quod intelligatur de Filio naturali, il est de Deo Dei Verbo. Sed ex hoc quod aliquis factus est ex muliere, dicitur filius mulieris.

Deus ergo Dei Verbum est filius mulieris.

Sed forte dicent aliquis non debere verbum Apostoli sic intelligi quod Dei Filius ad hoc sit missus ut sit factus ex muliere, sed ita quod Dei Filius, qui est factus ex muliere et sub lege, ad hoc sit missus ut eos qui sub lege erant redimeret; et secundum hoc, quod dicit : *Filium suum*, non oportebit intelligi de Filio naturali, sed de homine illo qui est filius adoptionis. Sed hic sensus excluditur ex ipsis Apostoli verbis. Non enim a lege potest absolvi nisi ille qui super legem existit, qui est auctor legis. Lex autem a Deo posita est. Solius igitur Dei est a servitute legis eripere. Hoc autem attribuit Apostolus Filio Dei de quo loquitur. Filius ergo Dei de quo loquitur est Filius naturalis. Verum ergo est dicere quod naturalis Dei Filius, id est Deus Dei Verbum, est factus ex muliere.

15° La même chose ressort de ce que la rédemption du genre humain est attribuée à Dieu lui-même, dans ce passage : *Vous m'avez racheté, Seigneur, Dieu de vérité* (Ps. xxx, 6).

16° L'adoption des enfants de Dieu se fait par le Saint-Esprit selon cette parole : *Vous avez reçu l'Esprit de l'adoption des enfants* (Rom., viii, 15). Or, le Saint-Esprit n'est pas un don de l'homme, mais de Dieu. Donc ce n'est pas l'homme, mais Dieu qui produit l'adoption des enfants. Or, c'est le Fils de Dieu, *envoyé par Dieu et formé d'une femme* qui la produit; et nous en avons la preuve dans ce qu'ajoute l'Apôtre : *Afin que nous reçussions l'adoption des enfants* (Galat., iv, 5). Il faut donc entendre cette parole de l'Apôtre du Fils naturel de Dieu. Donc Dieu le Verbe de Dieu a été formé d'une femme, c'est-à-dire de la Vierge-mère.

17° Saint Jean dit : *Et le Verbe a été fait chair* (Joann., i, 14). Or, il n'a reçu une chair que d'une femme. Donc le Verbe a été formé d'une femme; c'est-à-dire de la Vierge-mère, puisque la Vierge est la mère du Verbe de Dieu.

18° L'Apôtre dit que *Jésus-Christ, qui est Dieu, au-dessus de tout et béni dans tous les siècles, vient des patriarches, selon la chair* (Rom., ix, 5). Or, il ne vient des patriarches que par le moyen de la Vierge. Donc Dieu, qui est au-dessus de tout, vient de la Vierge selon la chair. Donc la Vierge est mère de Dieu selon la chair.

19° L'Apôtre dit de Jésus-Christ : *Comme il avait la forme de Dieu... il s'est anéanti lui-même, en prenant la forme d'esclave, et devenant semblable aux hommes* (Philipp., ii, 6 et 7); et il est évident, si nous divisons, avec Nestorius, Jésus-Christ en deux personnes, savoir cet hom-

15° Præterea, Idem patet per hoc quod redemptio humani generis ipsi Deo attribuitur : *Redemisti me, Domine, Deus veritatis* (Psalm. xxx, 6).

16° Adhuc, Adoptio filiorum Dei fit per Spiritum Sanctum, secundum illud : *Accipistis Spiritum adoptionis filiorum* (Rom., viii, 15). Spiritus autem Sanctus non est donum hominis, sed Dei. Ergo filiorum adoptio non causatur ab homine, sed a Deo. Causatur autem a Filio Dei, *miso a Deo et facta ex muliere*; quod patet per id quod Apostolus subdit : *Ut adoptionem filiorum recipereamus* (Galat., iv, 5). Oportet igitur verbum Apostoli intelligi de Filio Dei naturali. Deus igitur Dei Verbum factus est ex muliere, id est ex Virgine matre.

17° Item, Joannes dicit : *Et Verbum caro*

factum est (Joann., i, 14). Non autem habet carnem nisi ex muliere. Verbum igitur factum est ex muliere, id est ex Virgine matre; Virgo enim est mater Dei Verbi.

18° Amplius, Apostolus dicit quod *Christus est ex patribus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula* (Rom., ix, 5). Non autem ex patribus nisi mediante Virgine. Deus igitur, qui est super omnia, est ex Virgine secundum carnem. Virgo igitur est mater Dei secundum carnem.

19° Adhuc, Apostolus dicit de Christo Jesu : *Qui, quum in forma Dei esset... se-metipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus* (Philipp., ii, 6 et 7); ubi manifestum est, si, secundum Nestorium, Christum dividamus in duos, scilicet in hominem illum qui est

me, qui est fils adoptif, et le Fils naturel de Dieu, qui est le Verbe de Dieu, que ce texte ne saurait s'appliquer à cet homme. En effet, cet homme, s'il est un pur homme, n'a pas eu d'abord la forme de Dieu pour devenir ensuite semblable aux hommes, mais, au contraire, étant homme, il est devenu participant de la divinité; et en cela il n'a pas été anéanti, mais exalté. Nous devons donc entendre que le Verbe de Dieu ayant eu auparavant, et dès l'éternité, la forme de Dieu, il s'est dans la suite anéanti lui-même, en devenant semblable aux hommes. Or, on ne peut pas considérer cet anéantissement comme consistant uniquement en ce que le Verbe de Dieu a habité dans Jésus-Christ homme; car, dès l'origine du monde, le Verbe de Dieu a habité dans tous les saints par sa grâce, et cependant, on ne dit pas qu'il a été anéanti pour cela, parce que Dieu communique sa bonté aux créatures de telle manière qu'il ne perd rien lui-même, mais, au contraire, il est en quelque sorte plus exalté, en tant que la bonté des créatures manifeste sa sublimité, et cela d'autant plus que les créatures sont meilleures. Par conséquent, si le Verbe de Dieu a habité avec une plus grande plénitude dans Jésus-Christ homme que dans les autres saints, le Verbe se trouve moins anéanti en lui que dans les autres. Manifestement donc il ne faut pas se représenter l'union du Verbe avec la nature humaine comme si le Verbe de Dieu avait seulement habité dans cet homme, ainsi que Nestorius le prétendait, mais on doit la faire consister en ce que le Verbe de Dieu a été réellement fait homme. C'est ainsi seulement qu'aura lieu cet anéantissement, en sorte que l'on dira que le Verbe de Dieu a été anéanti, c'est-à-dire est devenu petit, non pas en perdant sa propre grandeur, mais en prenant la petitesse de l'homme; de même que, si l'âme existait avant le corps, on

filii adoptivi, et in Filium Dei naturalem qui est Verbum Dei, quod non potest intelligi de homine illo. Ille enim homo, si purus homo sit, non prius fuit in forma Dei ut postmodum in similitudinem hominum fieret, sed magis e converso homo existens divinitatis particeps factus est, in quo non fuit exinanitus, sed exaltatus. Oportet igitur quod intelligatur de Verbo Dei quod prius fuerit ab æterno in forma Dei, id est in natura Dei, et postmodum exinanivit semetipsum in similitudinem hominum factus. Non potest autem intelligi ista exinanitio per solam inhabitationem Verbi Dei in homine Jesu Christo. Nam Verbum Dei in omnibus sanctis a principio mundi habitavit

per gratiam, nec tamen dicitur exinanitum; quia Deus sic suam bonitatem creaturis communicat, quod nihil ei subtrahitur, sed magis quodammodo exaltatur, secundum quod ejus sublimitas ex bonitate creaturarum apparet, et tanto amplius quanto creaturæ fuerint meliores. Unde, si Verbum Dei plenius habitavit in homine Christo quam in aliis sanctis, minus in hoc quam in aliis convenit exinanitio Verbi. Manifestum est igitur quod unio Verbi ad humanam naturam non est intelligenda secundum solam inhabitationem Verbi Dei in homine illo, ut Nestorius dicebat, sed secundum quod Verbum Dei vere factum est homo. Sic enim solum habebit locum exinanitio, ut scilicet dicatur

dirait également qu'elle devient la substance corporelle qui est l'homme, non par le changement de sa propre nature, mais parce qu'elle prendrait la nature corporelle.

20° Il est certain que le Saint-Esprit a habité dans Jésus-Christ homme ; car nous lisons que *Jésus rempli du Saint-Esprit revint d'auprès du Jourdain* (Luc, IV, 1). Si donc on ne doit faire consister l'Incarnation du Verbe qu'en ce que le Verbe de Dieu a habité en toute plénitude dans cet homme, on sera forcé de dire que le Saint-Esprit lui-même s'est incarné ; ce qui sort complètement de l'enseignement de la foi.

21° Le Verbe de Dieu habite manifestement dans les saints Anges, qui sont remplis d'intelligence parce qu'ils participent au Verbe ; car l'Apôtre dit : *Il n'a pas pris la nature des Anges, mais il a pris celle de la race d'Abraham* (Hébr., II, 16). Evidemment donc il ne faut pas croire que le Verbe n'a pris la nature humaine qu'en habitant en elle.

22° Si, dans l'opinion de Nestorius, on divise le Christ en deux qui diffèrent d'hypostase, il est impossible d'appeler Christ le Verbe de Dieu ; et cela résulte clairement tant du langage de l'Écriture, qui ne donne jamais le nom de Christ à Dieu ou au Verbe de Dieu avant l'Incarnation du Seigneur, que de la signification même du mot ; car le mot *Christ* veut dire *oint* ; et nous entendons qu'il est oint de l'huile de la joie, c'est-à-dire du Saint-Esprit, selon l'interprétation de saint Pierre (3). Or, on ne peut pas dire que le Verbe de Dieu a été oint du

(3) *Jesus a Nazareth quomodo unxit eum Deus Spiritu Sancto et virtute, qui pertransiit beneficiando et sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo* (Act., X, 38). C'est l'application de cette parole du Psalmiste : *Sedes tua, Deus, in seculum seculi; virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo laticis præ consortibus tuis* (Ps. XLIV, 7 et 8).

Verbum Dei exinanitum, id est parvum factum, non amissione propriæ magnitudinis, sed assumptione humanæ parvitatís; sicut, si anima præexistet corpori, et diceretur fieri substantia corporea quæ est homo, non mutatione propriæ naturæ, sed assumptione naturæ corporeæ.

20° Præterea, Manifestum est quod Spiritus Sanctus in homine Christo habitavit; dicitur enim quod *Jesus plenus Spiritu Sancto regressus est a Jordane* (Luc., IV, 1). Si igitur Incarnatio Verbi secundum hoc solum intelligenda est quod Verbum Dei in homine illo plenissime habitavit, necesse erit dicere quod etiam Spiritus Sanctus erit incarnatus; quod est omnino alienum a doctrina fidei.

21° Adhuc manifestum est Verbum Dei

in sanctis Angelis habitare, qui participatione Verbi intelligentia replentur; dicit enim Apostolus: *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit* (Hebr., II, 16). Manifestum est igitur quod assumptio humanæ naturæ a Verbo non est secundum solam inhabitationem accipienda.

22° Adhuc, Si, secundum positionem Nestorii, Christus separaretur in duos secundum hypostasim differentes, id est in Verbum Dei et hominem illum, impossibile est quod Verbum Dei Christus dicatur; quod patet tum ex modo loquendi Scripturæ, quæ nunquam ante Incarnationem Domini Deum aut Dei Verbum nominat Christum, tum etiam ex ipso nominis ratione; dicitur enim *Christus quasi unctus*; unctus autem intelli-

Saint-Esprit, puisque alors le Saint-Esprit serait supérieur au Fils, étant au-dessus de celui qui est sanctifié, comme sanctificateur. On ne pourra donc appliquer le sens du mot *Christ* qu'à cet homme. Donc on devra rapporter à cet homme cette parole de saint Paul : *Ayez en vous les mêmes sentiments qui sont en Jésus-Christ* (Philip., II, 5). Mais il ajoute : *Comme il avait la forme de Dieu, il n'a point pensé que ce fût pour lui une usurpation d'être égal à Dieu* (*ibid.*, 6). Il est donc vrai de dire que cet homme a la forme, c'est-à-dire la nature de Dieu, et qu'il est égal à Dieu. Or, quoique les hommes soient appelés dieux, ou fils de Dieu, parce que Dieu habite en eux, il n'est jamais dit qu'ils sont égaux à Dieu. Il est donc clair que Jésus-Christ n'est pas appelé Dieu uniquement parce que Dieu habite en lui.

23° Bien que le nom de Dieu soit transporté aux hommes saints parce que la grâce habite en eux, jamais cependant on n'attribue à aucun des saints, à raison de la grâce qui est en lui, tout ce qui appartient exclusivement à Dieu, comme la création du ciel et de la terre et les autres opérations semblables. Or, la création de tous les êtres est attribuée à Jésus-Christ homme. Il est écrit, en effet : *Considérez l'Apôtre et le Pontife de notre foi, Jésus-Christ, qui est fidèle à celui qui l'a établi, comme Moïse l'a été dans toute sa maison* (Hébr., III, 1 et 2); ce qui doit s'entendre de cet homme et non du Verbe de Dieu, d'abord parce que nous venons de démontrer que, dans l'opinion de Nestorius, on ne peut pas appeler Christ le Verbe de Dieu, ensuite parce que le Verbe de Dieu n'a pas été créé, mais engendré. L'Apôtre ajoute : *Celui-ci a été jugé digne d'une gloire d'autant plus grande que celle de Moïse,*

gitur oleo exultationis, id est Spiritu Sancto, ut Petrus exponit (Act., x, 38). Non autem potest dici quod Verbum Dei sit unctum Spiritu Sancto, quia sic Spiritus Sanctus esset major Filio, ut sanctificans sanctificato. Oportebit igitur quod hoc nomen *Christus* solum pro homine illo possit intelligi. Quod ergo dicit Apostolus : *Hoc sentite in vobis quod est in Christo Jesu* (Philipp., II, 5), ad hominem illum referendum est. Subdit autem : *Qui, quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo* (*ibid.*, 6). Veram igitur est dicere quod homo ille est in forma, id est in natura Dei, et æqualis Deo. Licet autem homines dicantur dii vel filii Dei propter inhabitantem Deum, nunquam tamen dicitur quod sint æquales Deo. Patet igitur quod homo

Christus non per solam inhabitationem dicitur Deus.

23° Item, Licet nomen Dei ad sanctos homines transferatur propter inhabitationem gratiæ, nunquam tamen omnia que sunt solius Dei, sicut creare cælum et terram aut aliquid hujusmodi, de aliquo sanctorum propter inhabitationem gratiæ dicitur. Christo autem homini attribuitur omnium creatio. Dicitur enim : *Considerate Apostolum et Pontificem confessionis nostræ, Jesum Christum, qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut et Moyses in omni domo* (Hébr., III, 1 et 2); quod oportet de homine illo et non de Dei Verbo intelligi, tum quia ostensum est quod, secundum positionem Nestorii, Verbum Dei Christus dici non potest, tum quia Verbum Dei non est fac-

que celui qui a construit une maison est plus en honneur qu'elle (*ibid.*, 3). Jésus-Christ homme a donc construit la maison de Dieu; et saint Paul le prouve ensuite en disant : *Car toute maison est construite par quelqu'un, et celui qui a créé toutes choses, c'est Dieu (ibid.*, 4). L'Apôtre s'appuie donc, pour prouver que Jésus-Christ homme a construit la maison de Dieu, sur ce que Dieu a créé toutes choses; et cette preuve n'aurait nulle valeur, si Jésus-Christ n'était pas Dieu qui crée toutes choses. Ainsi donc, la création de toutes choses, qui est l'opération propre de Dieu, est attribuée à cet homme. Donc Jésus-Christ homme est Dieu lui-même hypostatiquement, et non pas uniquement parce que Dieu habite en lui.

24° On voit clairement que Jésus-Christ homme, en parlant de lui-même, s'attribue beaucoup de choses divines et surnaturelles, telles que celles-ci : *Je le ressusciterai au dernier jour (Joann.*, vi, 40); *Je leur donne la vie éternelle (ib.*, x, 28). Ce serait là le comble de l'orgueil, si cet homme qui parle n'était pas Dieu lui-même hypostatiquement, mais était seulement habité par Dieu. Or, cela répugne à Jésus-Christ homme, qui dit de lui-même : *Apprenez de moi que je suis doux et humble de cœur (Matth.*, xi, 29). Donc cet homme humble et Dieu sont une même personne.

25° Si nous lisons dans les Écritures que cet homme a été exalté; car il est dit : *Il a été exalté par la main de Dieu, etc. (Act.*, ii, 33), nous y lisons aussi que Dieu a été anéanti : *Il s'est anéanti lui-même, etc. (Philipp.*, ii, 7). De même donc qu'à raison de l'union on peut affirmer de cet homme des choses élevées, comme d'être Dieu, de ressusciter

tum, sed genitum. Addit autem Apostolus : *Amplioris gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus quanto ampliore honorem habet domus, qui fabricavit illam (ibid.*, 3). Homo igitur Christus fabricavit domum Dei; quod consequenter Apostolus probat, subdicens : *Omnia namque domus fabricatur ab aliquo; qui autem omnia creavit, Deus est (ibid.*, 4). Sic igitur Apostolus probat quod homo Christus fabricavit domum Dei, per hoc quod Deus creavit omnia; quæ probatio nulla esset, nisi Christus esset Deus creans omnia. Sic igitur homini illi attribuitur creatio universarum, quod est proprium opus Dei. Est igitur homo Christus ipse Deus secundum hypostasim, et non ratione inhabitationis tantum.

24° Amplius, Manifestum est quod homo Christus, loquens de se, multa divina di-

cit et supernaturalia, ut est illud : *Ego resuscitabo eum in novissimo die (Joann.*, vi, 40), et : *Ego vitam æternam do eis (Joann.*, x, 28). Quod quidem esset summæ superbiæ, si ille homo loquens non esset secundum hypostasim ipse Deus, sed solum haberet Deum inhabitantem. Hoc autem homini Christo non competit, qui de se dicit : *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde (Matth.*, xi, 29). Est igitur eadem persona hominis illius et Dei.

25° Præterea, Sicut legitur in Scripturis quod homo ille est exaltatus; dicitur enim : *Dextera Dei exaltatus, etc. (Act.*, ii, 33), ita legitur quod Deus sit exinanitus : *Semetipsum exinanivit, etc. (Philipp.*, ii, 7). Sicut igitur sublimia possunt dici de homine illo ratione unionis, ut quod sit Deus, quod resuscitet mortuos et alia hujusmo-

les morts, et d'autres semblables, ainsi on peut affirmer de Dieu des choses humbles, par exemple, d'être né de la Vierge, d'avoir souffert, d'être mort et d'avoir été enseveli.

ministres, afin de dispenser les sacrements aux fidèles, selon cette parole de l'Apôtre: *Que l'homme nous considère comme les ministres de Jésus-Christ et les dispensateurs des mystères de Dieu* (I. Cor., iv, 1). Aussi il a confié à ses disciples la consécration de son corps et de son sang, en leur disant: *Faites ceci en mémoire de moi* (Luc., xxii, 19). Il leur a aussi donné le pouvoir de remettre le péché, selon ce que nous lisons: *Les péchés seront remis à ceux à qui vous les remettrez* (Joann., xx, 23). Il leur a encore imposé l'obligation d'enseigner et de baptiser, en ces termes: *Allez, instruisez toutes les nations, les baptisant* (Matth., xxviii, 19). Or, le ministre est par rapport au maître ce qu'est l'instrument pour l'agent principal; car, de même que l'instrument est mû par l'agent pour produire son effet, ainsi c'est l'ordre du maître qui fait mouvoir le ministre pour exécuter quelque chose. Or, une proportion est nécessaire entre l'instrument et l'agent. Par conséquent, les ministres de Jésus-Christ doivent lui être conformes. Or, en tant qu'il était Dieu et homme, Jésus-Christ, en sa qualité de maître, a opéré notre salut par son autorité et sa puissance propres, en sorte que, comme homme, il a souffert pour nous racheter, et, parce qu'il était Dieu, sa Passion est devenue pour nous une cause de salut. Les ministres de Jésus-Christ doivent donc être des hommes, et participer en quelque chose à sa divinité par un pouvoir spirituel; car l'instrument participe à quelque degré à la puissance de l'agent principal. L'Apôtre dit, en parlant de cette puissance, que *Dieu lui a donné la puissance pour édifier, et non pour détruire* (II. Cor., xiii, 10).

Il ne faut pas dire que cette puissance a été concédée aux disciples de Jésus-Christ de telle manière qu'ils ne devaient pas la transmettre

sibi ministros, qui sacramenta fidelibus dispenserent, secundum illud Apostoli: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei* (I. Cor., iv, 1). Unde discipulis consecrationem sui corporis et sanguinis commisit, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem* (Luc., xxii, 19). Eisdem tribuit potestatem peccata remittendi, secundum illud: *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis* (Joann., xx, 23). Eisdem etiam docendi et baptizandi injunxit officium, dicens: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos* (Matth., xxviii, 19). Minister autem comparatur ad dominum sicut instrumentum ad principale agens; sicut enim instrumentum movetur ab agente ad aliquid efficiendum, sic minister movetur imperio domini ad aliquid

exsequendum. Oportet autem instrumentum esse proportionatum agenti. Unde et ministros Christi oportet esse ei conformes. Christus autem ut dominus, auctoritate et virtute propria, nostram salutem operatus est, in quantum fuit Deus et homo, ut, secundum id quod homo est, ad redemptionem nostram pateretur, secundum autem quod Deus, Passio ejus nobis fieret salutaria. Oportet igitur ministros Christi homines esse, et aliquid divinitatis ejus participare secundum aliquam spiritualem potestatem; nam et instrumentum aliquid participat de virtute principalis agentis. De hac autem potestate dicit Apostolus quod *potestatem dedit ei Dominus in aedificationem, et non in destructionem* [II. Cor., xiii, 10].

Non est autem dicendum quod potestas

pourquoi, comme nous l'avons dit, le Seigneur ayant confié à ses disciples la consécration de son corps, il leur a donné de plus le pouvoir de remettre les péchés, et ce pouvoir est signifié par les clefs, dont Jésus-Christ a dit, en s'adressant à saint Pierre : *Je vous donnerai les clefs du royaume des cieux* (Matth., xvi, 19). Le ciel, en effet, est fermé ou bien ouvert pour chacun selon qu'il est assujéti au péché ou qu'il en est purifié : aussi, faire usage de ces clefs s'appelle lier ou délier, ce qui s'entend des péchés. Nous avons parlé plus haut de ces clefs (ch. 72).

CHAPITRE LXXV.

De la distinction des ordres.

Il faut considérer que la puissance destinée à produire un effet principal a naturellement dans sa dépendance les puissances inférieures qui sont à son service. Nous le voyons clairement par les arts. Ceux qui disposent la matière sont au service de l'art qui applique la forme artificielle ; celui qui applique la forme artificielle est au service de l'art auquel appartient la fin du produit artificiel, et aussi l'art qui a pour but une fin antérieure est soumis à celui à qui appartient la fin dernière : ainsi, l'art de couper le bois est subordonné à l'art de construire des vaisseaux ; celui-ci à l'art du pilote, et ce dernier est subordonné à l'art du commerce, de la guerre ou de quelque autre analogue, selon que l'on peut utiliser la navigation pour des fins diverses. Dès lors donc que le pouvoir de l'Ordre est principalement destiné à consacrer le corps de Jésus-Christ, à le distribuer aux fi-

commisit sui corporis consecrationem, dedit etiam potestatem remittendi peccata, quæquidem potestas per claves intelligitur, de quibus Dominus Petro dixit : *Tibi dabo claves regni cælorum* (Matth., xvi, 19) ; cælum enim unicuique clauditur et aperitur per hoc quod peccato subjacet vel a peccato purgatur ; unde et usus harum clavium dicitur esse ligare et solvere, scilicet a peccatis ; de quibus quidem clavibus supra (c. 72) dictum est.

CAPUT LXXV.

De distinctione ordinum.

Considerandum est autem quod potestas

quæ ordinatur ad aliquem principalem effectum nata est habere sub se inferiores potestates sibi deservientes. Quod manifeste in artibus apparet ; arti enim quæ formam artificialem inducit deservit artes quæ disponunt materiam, et illa quæ formam inducit deservit arti ad quam pertinet artificiatum finis, et ulterius quæ ordinatur ad anteriorem finem deservit illi ad quam pertinet ultimus finis ; sicut ars quæ cædit ligna deservit navifactivæ, et hæc gubernatoris, quæ iterum deservit œconomice vel militari aut alicui hujusmodi, secundum quod navigatio ad diversos fines ordinari potest. Quia igitur potestas ordinis principaliter ordinatur ad corpus Christi consecrandum et fidelibus dispensandum, et ad fideles a peccatis purgandum, oportet esse

dèles et à les purifier de leurs péchés, il doit y avoir un ordre principal, dont le pouvoir s'étende spécialement à cela, c'est l'ordre sacerdotal, et d'autres qui soient à son service en disposant en quelque sorte la matière, et ceux-ci sont les ordres des ministres.

Mais, parce que le pouvoir sacerdotal s'étend, comme nous l'avons dit (ch. 71), à deux choses, savoir à consacrer le corps de Jésus-Christ et à rendre les fidèles capables de recevoir l'Eucharistie, en les absolvant de leurs péchés, les ordres inférieurs doivent être à son service pour ces deux choses, ou seulement pour l'une d'elles; et il est clair qu'un ordre inférieur est d'autant plus élevé qu'il est au service de l'ordre sacerdotal dans un plus grand nombre de choses, ou dans une chose plus excellente. Les derniers ordres ne sont donc utiles à l'ordre sacerdotal que dans la préparation du peuple : les Portiers, en éloignant les infidèles des assemblées des fidèles; les Lecteurs, en enseignant aux catéchumènes les éléments de la foi, et c'est pour cela qu'on leur donne à lire les livres de l'Ancien Testament; les Exorcistes, en purifiant ceux qui sont déjà instruits, si le démon les empêche en quelque manière de recevoir les sacrements. Quant aux ordres supérieurs, ils sont au service de l'ordre sacerdotal, et pour la préparation du peuple, et pour la consommation du sacrement; car le ministère des Acolytes comprend les vases non sacrés, dans lesquels est préparée la matière du sacrement, et, pour cette raison, on leur remet les burettes dans leur ordination; le ministère des Sous-Diacres s'étend aux vases sacrés et à la disposition de la matière non consacrée; les Diares exercent de plus un certain ministère sur la matière déjà consacrée, puisqu'ils distribuent aux fidèles le sang de Jésus-Christ; c'est pourquoi ces trois

aliquem principalem ordinem cujus potestas ad hoc principaliter se extendat, et hic est ordo sacerdotalis; alios autem qui eidem servant aequaliter, materiam disponendo, et hi sunt ordines ministrantium.

Quia vero sacerdotalis potestas, ut dictum est (c. 74), se extendit ad duo, scilicet ad corporis Christi consecrationem et ad reddendam fideles idoneos, per absolutionem a peccatis, ad Eucharistiae perceptionem, oportet quod inferiores ordines ei deserviant vel in utroque vel in altero tantum; et manifestum est quod tanto aliquis inter inferiores ordines superior est quanto sacerdotali ordini deservit in pluribus vel in aliquo digniori. Infimi igitur ordines deserviunt sacerdotali ordini solum in populi preparatione: Ostiarii quidem, arcendo infideles a

coetu fidelium; Lectores autem, instruendo catechumenos de fidei rudimentis, unde eis Scriptura Veteris Testamenti committitur legenda; Exorcistae autem, purgando eos qui jam instructi sunt, si aequaliter a demone impediuntur a perceptione sacramentorum. Superiores vero ordines sacerdotali deserviunt, et in preparatione populi, et ad consummationem sacramenti; nam Acolythi habent ministerium super vasa non sacra, in quibus sacramenti materia preparatur, unde eis urocoli in sua ordinatione traduntur; Subdiaconi autem habent ministerium supra vasa sacra et super dispositionem materiae nondum consecratae; Diaconi autem ulterius habent aliquod ministerium super materiam jam consecratam, prout sanguinem Christi dispensant fidelibus;

ordres, des Prêtres, des Diacres et des Sous-Diacres sont appelés sacrés, parce qu'ils ont reçu un ministère sur des choses sacrées. Les ordres supérieurs servent aussi à la préparation du peuple; de là vient que les Diacres sont chargés d'exposer au peuple la doctrine de l'Évangile, les Sous-Diacres celle des Apôtres, et les Acolytes ont à pourvoir pour ces deux fonctions à ce qui contribue à la solennité de l'enseignement, comme de porter des flambeaux et de fournir les autres choses semblables.

CHAPITRE LXXVI.

De la dignité des évêques. Il y en a un qui est au-dessus de tous les autres.

Puisque, comme nous l'avons dit, tous ces ordres sont conférés au moyen d'un sacrement (ch. 74), et que certains ministres de l'Église doivent dispenser les sacrements de l'Église, il est nécessaire qu'il y ait dans l'Église une puissance supérieure, et dont le ministère soit plus élevé, pour dispenser le sacrement de l'Ordre. Cette puissance est celle de l'Évêque, et, quoiqu'elle ne soit pas plus étendue que celle du prêtre pour la consécration du corps de Jésus-Christ, elle l'exécute cependant pour les choses qui regardent les fidèles; car la puissance sacerdotale elle-même dérive de la puissance épiscopale, et tout ce qui est d'une exécution difficile dans le gouvernement du peuple fidèle est réservé aux Évêques, par l'autorité desquels les prêtres eux-mêmes peuvent accomplir les choses qui leur sont commises. C'est pour cela que dans leurs fonctions les prêtres emploient des choses consacrées par l'Évé-

et ideo hi tres ordines, scilicet Sacerdotum, Diaconorum et Subdiaconorum, sacri dicuntur, quia accipiunt ministerium super aliqua sacra. Deserviunt etiam superiores ordines in præparatione populi; unde et Diaconibus committitur evangelica doctrina populo proponenda, Subdiaconibus apostolica, Acolythis ut circa utrumque exhibeant quod pertinet ad solemnitatem doctrinæ, ut scilicet luminaria deferant et alia hujusmodi admittrent.

CAPUT LXXVI.

De episcopali dignitate, et quod in ea unus sit summus.

Quia vero omnium horum ordinum cœ-

latio cum quodam sacramento perficitur ut dictum est (c. 74), sacramenta vero Ecclesiæ sunt per aliquos ministros Ecclesiæ dispensanda, ideo necesse est aliquam superiorem potestatem esse in Ecclesia, alicujus altioris ministerii, quæ Ordinis sacramentum dispenset; et hæc est episcopalis potestas, quæ, etsi quantum quidem ad consecrationem corporis Christi non excedat sacerdotis potestatem, excedit tamen eam in his quæ pertinent ad fideles; nam et ipsa sacerdotalis potestas ex episcopali derivatur, et quidquid arduum circa populum fidelem est agendum Episcopis reservatur, quorum auctoritate etiam sacerdotes possunt quod eis agendum committitur; unde et in his quæ sacerdotes agunt utuntur rebus per Episcopum consecratis, ut in Eucharistiæ consecratione utuntur consecratis per Episcopum

que : par exemple, ils se servent, dans la consécration de l'Eucharistie, d'un calice, d'un autel et de linges que l'Évêque a consacrés. Ainsi donc, il est manifeste que la puissance souveraine pour le gouvernement du peuple fidèle appartient à la dignité épiscopale.

1° Il est clair que bien que l'on établisse la distinction des peuples sur la diversité des diocèses et des villes, comme il y a une seule Église, il doit y avoir un seul peuple chrétien. De même donc qu'il faut pour un peuple particulier, qui compose une Église, un Évêque, qui soit le chef de tout le peuple, ainsi il est nécessaire que dans tout le peuple chrétien il y en ait un qui soit le chef de toute l'Église.

2° Il faut, pour l'unité de l'Église, que tous les fidèles s'accordent dans la foi. Or, il arrive que des questions s'agissent touchant les points de foi, et la diversité des sentiments diviserait l'Église, si la décision d'un seul ne la maintenait dans l'unité. Il est donc indispensable, pour que l'unité de l'Église se conserve, qu'un seul préside à toute l'Église. Or, il est manifeste que Jésus-Christ ne fait pas défaut dans les choses nécessaires à l'Église, qu'il a aimée, et pour laquelle il a versé son sang, puisque le Seigneur dit aussi de la Synagogue : *Qu'ai-je dû faire de plus à ma vigne que je ne lui aie pas fait* (Is., v, 4) ? On ne peut donc pas douter qu'un seul préside à toute l'Église, en vertu de l'institution de Jésus-Christ.

3° Il n'est permis à personne de douter que le gouvernement de l'Église ne soit parfaitement ordonné, puisque c'est par celui qui l'a réglé que *les rois règnent et que les législateurs rendent de justes décrets*. (Prov., viii, 15). Or, le meilleur gouvernement pour une multitude, c'est d'être régie par un seul. Ce qui le prouve, c'est la fin du ouve

calice, altari et pallis. Sic igitur manifestum est quod summa potestas regiminis fidelis populi ad episcopalem pertinet dignitatem.

1° Manifestum est autem quod, quamvis populi distinguantur per diversas dioceses et civitates, tamen, sicut est una Ecclesia, ita oportet esse unum populum christianum. Sicut igitur in uno speciali populo unius Ecclesie requiritur unus Episcopus, qui sit totius populi caput, ita in toto populo christiano requiritur quod unus sit totius Ecclesie caput.

2° Item, Ad unitatem Ecclesie requiritur quod omnes fideles in fide conveniant. Circa vero ea quae fidei sunt contingit questiones moveri; per diversitatem autem sententiarum divideretur Ecclesia, nisi in unitate per unius sententiam conservaretur. Exigitur

ergo, ad unitatem Ecclesie conservandam quod sit unus qui toti Ecclesie praesit. Manifestum est autem quod Christus Ecclesie in necessariis non deficit, quam dilexit, et pro ea sanguinem suum fudit, quum et de Synagoga dicatur per Dominum: *Quid est quod debui ultra facere vineae meae, et non feci ei* (Isai., v, 4) ? Non est igitur dubitandum quin ex ordinatione Christi unus toti Ecclesie praesit.

3° Adhuc, Nulli dubium esse debet quin Ecclesie regimen sit optime ordinatum, utpote per eum dispositum per quem *reges regnant et legum conditores justa decernunt* (Prov. verb., viii, 15). Optimum autem regimen multitudinis est ut regatur per unum; quod patet ex fine regiminis, qui est pax; pax enim et unitas subditorum est finis regentis;

nement, qui est la paix ; car le but de celui qui gouverne est de procurer la paix et l'union des sujets ; et un seul homme est plus capable que plusieurs de réaliser cette union. Évidemment donc, le gouvernement de l'Église a été réglé de telle sorte qu'un seul préside à toute l'Église.

4° L'Église militante dérive de l'Église triomphante par ressemblance ; aussi saint Jean, dans l'Apocalypse, vit Jérusalem descendre du ciel, et il fut dit à Moïse de faire toutes choses sur le modèle qui lui avait été montré sur la montagne. Or, un seul préside dans l'Église triomphante, et c'est le même qui préside à tout l'univers, c'est-à-dire Dieu ; car il est dit : *Ils seront son peuple, et Dieu sera au milieu d'eux comme leur Dieu* (Apoc., XXI, 3). Il y a donc aussi dans l'Église militante un seul qui a la présidence sur tous. C'est pour cela qu'il est écrit : *Les enfants de Juda et d'Israël se réuniront ensemble, et ils établiront sur eux un chef unique* (Osée, I, 11) ; et le Seigneur dit : *Il y aura un seul berceau et un seul pasteur* (Joann., X, 16).

Si l'on allègue que Jésus-Christ, qui est le seul époux de l'Église une est ce chef et ce pasteur unique, cette réponse ne suffit pas. Il est évident, en effet, que Jésus-Christ consacre lui-même tous les sacrements de l'Église ; car c'est lui-même qui baptise, c'est lui-même qui remet les péchés, il est lui-même le vrai prêtre, qui s'est offert sur l'autel de la croix, et par la puissance duquel son corps est consacré tous les jours sur l'autel ; et cependant, comme il ne devait pas rester corporellement présent avec tous les fidèles, il a choisi des ministres, pour dispenser ces sacrements aux fidèles, ainsi que nous l'avons vu plus haut (ch. 74). Pour la même raison donc, parce qu'il devait priver l'Église de sa présence corporelle, il fallait qu'il commît quelqu'un pour administrer à

unitatis autem congruentior causa est unus quam multi. Manifestum est igitur regimen Ecclesie sic esse dispositum ut unus toti Ecclesie præsitet.

4° Amplius, Ecclesia militans ex triumphanti Ecclesia per similitudinem derivatur ; unde et Joannes in Apocalypsi vidit Jerusalem descendentem de caelo, et Moysi dictum est quod faceret omnia secundum exemplar ei in monte monstratum. In triumphanti autem Ecclesia unus præsedit, qui etiam præsedit in toto universo, scilicet Deus ; dicitur enim : *Ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit sorum Deus* (Apoc., XXI, 3). Ergo et in Ecclesia militante unus est qui præsedit universalis. Hinc est quod dicitur : *Congregabuntur filii Juda et filii Israel pariter, et ponent sibi unum caput unum*

(Osée, I, 11) ; et Dominus dicit : *Fiat unus ovile et unus pastor* (Joann., X, 16).

Si quis autem dicat quod unum caput et unus pastor est Christus, qui est unus unius Ecclesie sponsus, non sufficienter respondet. Manifestum est enim quod omnia ecclesiastica sacramenta ipse Christus perficit ; ipse enim est qui baptizat, ipse est qui peccata remittit, ipse est verus sacerdos, qui se obtulit in ara crucis, et cujus virtute corpus ejus in altari quotidie consecratur ; et tamen, quia corporaliter non cum omnibus fidelibus præsentialiter erat futurus, elegit ministros, per quos prædicta fidelibus dispensaret, ut supra (c. 74) dictum est. Eadem igitur ratione, quia præsentialiter non erat Ecclesie subtrahendus, oportuit ut alicui committeret qui

sa place l'Église universelle. C'est pourquoi, avant son Ascension, il dit à saint Pierre : *Paissez mes brebis* (Joann., XXI, 17); et avant sa Passion : *Quand vous serez converti affermissez vos frères* (Luc, XXII, 32); et il ne fit qu'à lui cette promesse : *Je vous donnerai les clefs du royaume des cieux* (Matth., XVI, 19), pour montrer que la puissance des clefs doit arriver aux autres par lui, afin de conserver l'unité de l'Église.

On ne peut pas dire que, bien que Jésus-Christ ait conféré cette dignité à saint Pierre, elle ne se transmet cependant pas par lui à d'autres; car, évidemment, Jésus-Christ a institué l'Église de telle manière qu'elle durât jusqu'à la fin du monde, selon cette parole : *Il s'assiéra sur le trône de David, et il possédera son royaume, afin de l'affermir et de le fortifier dans l'équité et la justice, depuis ce jour jusqu'à jamais* (Is., IX, 7). Manifestement donc, il a établi dans le ministère ceux qui étaient avec lui, de telle sorte que leur puissance passât à leurs successeurs, jusqu'à la fin du monde, pour l'utilité de l'Église, dès lors surtout qu'il dit lui-même : *Voici que je suis avec vous, tous les jours, jusqu'à la consommation du siècle* (Matth., XXVIII, 20).

Ceci exclut l'erreur présomptueuse de ceux qui essaient de se soustraire à l'obéissance et à la soumission dues à saint Pierre, en ne reconnaissant pas le Pontife Romain, son successeur, pour le pasteur de l'Église universelle.

CHAPITRE LXXVII.

Les sacrements peuvent être dispensés par de mauvais ministres.

Il est clair, par ce que nous avons vu (ch. 74), que les ministres de

loco sui universalis Ecclesie gereret curam. Hinc est quod Petro dixit ante Ascensionem : *Paissez mes brebis* (Joann., XXI, 17); et ante Passionem : *Tu aliquando conversus confirma fratres tuos* (Luc., XXII, 32); et ei soli promisit : *Tibi dabo claves regni celorum* (Matth., XVI, 19), ut ostenderetur potestas clavium per eum ad alios derivanda, ad conservandam Ecclesie unitatem.

Non potest autem dici quod, etsi Petro hanc dignitatem dederit, per eum tamen ad alios non derivatur. Manifestum est enim quod Christus Ecclesiam sic instituit ut esset usque ad finem seculi duratura, secundum illud : *Super solium David, et super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, et corroboret in iudicio et justitia, amodo et usque in sempiternum* (Isai., IX, 7). Manifestum est igitur quod ita illos qui tunc fuerant in

ministerio constituit ut eorum potestas derivaretur ad posteros, pro utilitate Ecclesie usque ad finem seculi; presertim quum ipse dicat : *Eccce ego vobiscum sum, omnibus diebus, usque ad consummationem seculi* (Matth., XXVIII, 20).

Per hoc autem excluditur quorundam presumptuosus error, qui se subducere nituntur ab obedientia et subjectione Petri, successorum ejus, Romanorum Pontificum, universalis Ecclesie pastorem non recognoscentes.

CAPUT LXXVII.

Quod per malos ministros sacramenta dispensari possunt.

1° Ex his que premissa sunt (c. 74

l'Église reçoivent de Dieu, dans l'ordination, une certaine **puissance** pour dispenser les sacrements aux fidèles. Or, ce qu'une chose acquiert par la consécration demeure perpétuellement en elle; ce qui **fait qu'on** ne réitère jamais la consécration d'une chose consacrée. Le **pouvoir** de l'Ordre demeure donc perpétuellement dans les ministres de l'Église. Donc le péché ne le détruit pas. Donc les pécheurs et les méchants eux-mêmes, pourvu qu'ils soient ordonnés, peuvent conférer les **sacrements** de l'Église.

2^o Aucun être ne peut faire ce qui excède sa faculté, à **moins qu'il** n'en reçoive d'ailleurs la puissance; et nous en avons la preuve **tant** dans l'ordre naturel que dans l'ordre politique; car l'eau ne saurait échauffer, si le feu ne lui communique pas cette vertu, et le **magistral** ne peut réprimer les désordres des citoyens, s'il n'en a **pas reçu du roi** le pouvoir. Or, nous avons vu que les effets produits par les **sacrements** excèdent la puissance des hommes (ch. 74). Personne donc ne peut dispenser les sacrements, quelque bon qu'il soit, s'il ne reçoit **pas la puissance** de le faire. Or, la malice et le péché sont les contraires de la bonté de l'homme. Donc le péché lui-même n'empêche pas celui qui a reçu cette puissance de dispenser valablement les sacrements.

3^o On considère l'homme comme bon ou mauvais à raison de la vertu ou du vice, qui sont de certaines habitudes. Or, il y a entre l'habitude et la puissance cette différence, que la puissance nous donne le pouvoir de faire quelque chose, au lieu que l'habitude ne nous **donne** le pouvoir de rien faire, mais elle nous rend capables ou incapables d'accomplir bien ou mal ce que nous pouvons faire. L'habitude ne nous donne ni ne nous ôte donc pas le pouvoir de faire quelque chose, mais

manifestum est quod ministri Ecclesiæ potentiam quamdam in Ordinis susceptione divinitus suscipiunt ad sacramenta fidelibus disponenda. Quod autem alicui rei per consecrationem acquiritur perpetuo in eo manet; unde nihil consecratum iterato consecratur. Potestas igitur Ordinis perpetuo in ministris Ecclesiæ manet. Non ergo tollitur per peccatum. Possunt ergo etiam a peccatoribus et malis, dummodo Ordinem habeant, ecclesiastica sacramenta conferri.

2^o Item, Nihil potest in id quod ejus facultatem excedit, nisi accepta aliunde potestate; quod tam in naturalibus quam in civilibus patet; non enim aqua calefacere potest, nisi accipiat virtutem calefaciendi ab igne, neque balivus cives coercere potest nisi accepta potestate a rege. Ea autem

quæ in sacramentis aguntur facultatem humanam excedunt, ut ex præmissis (c. 74) patet. Ergo nullus potest sacramenta dispensare, quantumcumque sit bonus, nisi potestatem accipiat dispensandi. Bonitati autem hominis malitia opponitur et peccatum. Ergo nec per peccatum ille qui potestatem accepit impeditur quominus sacramenta dispensare possit.

3^o Adhuc, Homo dicitur bonus vel malus secundum virtutem vel vitium, quæ sunt habitus quidam. Habitus autem a potentia in hoc differt quod per potentiam sumus potentes aliquid facere, per habitum autem non reddimur potentes ad aliquid faciendum, sed habiles vel inhabiles ad id quod possumus bene vel male agendum. Per habitum igitur non datur neque tollitur nobis ali-

c'est à elle que nous devons de faire une chose bien ou mal. Donc, parce que quelqu'un est bon ou mauvais, ce n'est pas ce qui lui confère la puissance ou le met dans l'impuissance de dispenser les sacrements, mais cela le rend capable ou incapable de les bien dispenser.

4° L'être qui agit par la puissance d'un autre ne s'assimile pas à lui-même, mais à l'agent principal le sujet de l'action : par exemple, une maison n'est pas assimilée aux instruments dont l'ouvrier fait usage, mais à son art. Or, en conférant les sacrements, les ministres de l'Église n'agissent pas par leur propre puissance, mais par la puissance de Jésus-Christ, de qui il est dit : *C'est lui qui baptise* (Joann., 1, 33) ; ce qui fait dire que les ministres agissent en qualité d'instruments ; car le ministre est comme un instrument animé. La malice des ministres n'empêche donc pas les fidèles de recevoir de Jésus-Christ le salut par les sacrements.

5° L'homme ne peut pas juger de la bonté ou de la malice d'un autre homme ; car cela appartient exclusivement à Dieu, qui pénètre les secrets du cœur. Si donc la malice du ministre pouvait empêcher l'effet du sacrement, l'homme ne pourrait pas espérer son salut avec certitude, et sa conscience ne resterait pas délivrée du péché. Il nous paraît donc répugner que quelqu'un fonde l'espérance de son salut sur la bonté d'un pur homme ; car il est écrit : *Maudit l'homme qui se confie dans l'homme* (Jérém., xvii, 5). Or, si l'homme n'espérait obtenir le salut par les sacrements qu'autant qu'ils seraient dispensés par un bon ministre, il semblerait faire reposer en quelque sorte l'espérance de son salut sur l'homme. Afin donc de faire reposer l'espérance de notre salut sur Jésus-Christ, qui est Dieu et homme, nous devons reconnaître que les sa-

quid posse, sed hoc per habitum acquirimus ut bene vel male aliquid agamus. Non igitur, ex hoc quod aliquis est bonus vel malus, est potens vel impotens ad dispensandum sacramenta, sed idoneus vel non idoneus ad bene dispensandum.

4° Amplius, Quod agit in virtute alterius non assimilatur sibi patiens, sed principali agenti; non enim domus assimilatur instrumentis quibus artifex utitur, sed arti ipsius. Ministri autem Ecclesiæ in sacramentis non agunt in virtute propria, sed in virtute Christi, de quo dicitur: *Hic est qui baptizat* (Joann., 1, 33); unde et sicut instrumentum ministri agere dicuntur; minister enim est sicut instrumentum animatum. Non igitur malitia ministrorum impedit

quin fideles salutem per sacramenta consequantur a Christo.

5° Præterea, De bonitate vel malitia alterius hominis homo judicare non potest; hoc enim solius Dei est, qui occulta cordis rimatur. Si igitur malitia ministri impedire posset sacramenti effectum, non posset homo habere fiduciam certam de sua salute, nec conscientia ejus remaneret libera a peccato. Inconveniens igitur videtur quod spem suæ salutis in bonitate pari hominis quis ponat; dicitur enim: *Maledictus homo qui confidit in homine* (Jerem., xvii, 5). Si autem homo salutem consequi per sacramenta non speraret, nisi a bono ministro dispensata, videretur spem suæ salutis aliquammodo in homine ponere. Ut ergo spem nostræ

crements sont salutaires par la puissance de Jésus-Christ, que ce soient de bons ou de mauvais ministres qui les dispensent.

Nous en avons encore une preuve en ce que le Seigneur nous enseigne qu'il faut obéir même aux mauvais prélats, dont, cependant, on ne doit pas imiter les œuvres; car il dit : *Les Scribes et les Pharisiens sont assis sur la chaire de Moïse. Observez donc et faites tout ce qu'ils vous diront; mais gardez-vous d'agir suivant leurs œuvres* (Matth., XIII, 2 et 3). Or, on doit bien plutôt obéir à certains hommes parce qu'ils reçoivent leur ministère de Jésus-Christ qu'en considération de la chaire de Moïse. Il faut donc obéir même aux mauvais ministres; ce qui ne serait pas, s'ils ne conservaient pas la puissance de l'Ordre, à cause de laquelle on leur obéit.

Par là se trouve exclue l'erreur de quelques-uns, qui disent que tous les bons peuvent administrer les sacrements, et qu'aucun méchant ne le peut faire (1).

CHAPITRE LXXVIII.

Du sacrement de Mariage.

Quoique les sacrements rétablissent les hommes dans la grâce, ils ne leur rendent cependant pas immédiatement l'immortalité; et nous en avons donné plus haut les raisons (ch. 52 et 55). Or, tous les êtres

(1) Ce fut l'erreur des Donatistes, exposée par saint Augustin dans son livre des *Hérésies* (c. 69). — Voyez la note 2 du chapitre 59, page 638. — Le même Docteur, après avoir rapporté le texte de saint Jean : *Hic est qui baptizat in Spiritu Sancto* (I, 33), ajoute : « Petrus baptizat, hic est qui baptizat; Paulus baptizat, hic est qui baptizat;

salutis in Christo ponamus, qui est Deus et homo, confitendum est quod sacramenta sunt salutaria ex virtute Christi, sive per bonos, sive per malos ministros dispensentur.

Hoc etiam apparet per hoc quod Dominus etiam malis praelatis obedire docet, quorum tamen non sunt opera imitanda; dicit enim : *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisei. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate et facite; secundum opera vero eorum nolite facere* (Matth., XIII, 2 et 3). Multo autem magis obediendum est aliquibus propter hoc quod suscipiunt ministerium a Christo quam propter cathedram Moysi. Est ergo etiam malis ministris obediendum; quod non esset, nisi in eis Ordinis potestas

maneret, propter quam eis obeditur. Habent ergo potestatem dispensandi sacramenta etiam mali.

Per hoc autem excluditur quorundam error dicentium quod omnes boni possent sacramenta ministrare, et nulli mali.

CAPUT LXXVIII.

De sacramento Matrimonii.

Quamvis autem homines per sacramenta restaurantur ad gratiam, non tamen max restaurantur ad immortalitatem; cujus rationes supra (c. 52 et 55) ostendimus. Quæcumque autem corruptibilia sunt perpetuari

corruptibles ne peuvent se perpétuer que par la génération. Puis donc que le peuple fidèle devait se perpétuer jusqu'à la fin du monde, il était nécessaire que cela eût lieu par la génération, qui perpétue également l'espèce humaine.

Il faut considérer que, quand une chose est destinée à des fins diverses, elle a besoin que divers principes la dirigent vers chaque fin, parce que la fin est proportionnée à l'agent. Or, la génération humaine est destinée à plusieurs fins, qui sont la perpétuation de l'espèce et celle du bien politique : par exemple, du peuple qui forme un état ; elle est encore destinée à la perpétuation de l'Église, qui consiste dans la société des fidèles. Par conséquent, divers principes doivent régler cette génération. En tant donc qu'elle est destinée à réaliser un bien naturel, qui est la perpétuité de l'espèce, elle est dirigée vers sa fin par la nature, qui incline à cette fin ; et en ce sens on l'appelle un devoir naturel. Considérée par rapport au bien politique, elle est soumise aux disposi-

« Judas baptizet, hic est qui baptizat... Illud quod datum est, unum est, nec impar propter impares ministros; sed par et æquale propter, hic est qui baptizat » (*Tract. vi in Joannem*, n^o 7 et 8). Il dit encore ailleurs : « Dedit Judas baptismum, nec baptismatum est post Judam; dedit Joannes, et baptismatum est post Joannem » (*De unitate Eccles.*, c. 21, n. 58). — Les Donatistes essayèrent, mais vainement, de se faire appuyer par Constantin. L'empereur renvoya la cause au pape. Saint Melchior les condamna dans un concile tenu à Rome en 313. Plus tard, un autre concile, assemblé à Arles, proscrivit de nouveau cette hérésie. Dans le XII^e siècle, les Vaudois, se révoltant contre l'Église, prétendirent que tous les hommes sont prêtres, et que les méchants perdent le pouvoir d'administrer les sacrements. A la fin du même siècle, les Albigeois, qui renouvelèrent l'hérésie Manichéenne et remplirent de troubles le Languedoc, refusèrent de reconnaître la puissance spirituelle des ministres de l'Église. Vers 1360, Wicléf enseigna que Jésus-Christ seul ordonne quand il veut et comme il veut; qu'un homme à qui sa conscience rend le témoignage qu'il accomplit la loi de Jésus-Christ est sûr d'être ordonné prêtre par Jésus-Christ, et que celui qui a le plus de pouvoir dans l'Église et la seule autorité légitime, c'est le plus saint. Le concile de Constance condamna la proposition suivante extraite des écrits de Wicléf : « Si Episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, non consecrat, non conficit, non baptizat. » Les Anabaptistes s'étant approprié cette doctrine et l'ayant mise en pratique, le concile de Trente les condamna en ces termes : « Si quis dixerit, ministerium in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere, aut conferre sacramentum, anathema sit » (*Sess. VII, can. 12*).

non possunt nisi per generationem. Quia igitur populum fidelium perpetuari oportebat usque ad mundi finem, necessarium fuit hoc per generationem fieri, per quam etiam humana species perpetuatur.

Considerandum est autem quod, quando aliquid ad diversos fines ordinatur, indiget habere diversa dirigentia in finem, quia finis est proportionatus agenti. Generatio autem humana a multis ordinatur, scilicet

ad perpetuitatem speciei et ad perpetuitatem alicujus boni politici, puta populi in aliqua civitate; ordinatur etiam ad perpetuitatem Ecclesie, quæ in fidelium collectione consistit. Unde oportet quod hujusmodi generatio a divinis dirigatur. In quantum igitur ordinatur ad bonum nature, quod est perpetuitas speciei, dirigitur in finem a natura inclinante in hunc finem; et sic dicitur esse nature officium. In quantum

tions de la loi civile. De même, selon qu'elle a pour fin le bien de l'Église, elle doit être subordonnée au gouvernement ecclésiastique. Or on donne le nom de sacrements aux choses que les ministres de l'Église dispensent au peuple. Le Mariage donc, en tant qu'il consiste dans l'union du mari et de la femme, qui se proposent d'engendrer et d'élever des enfants en vue de l'honneur de Dieu, est un sacrement de l'Église; et c'est pour cela que les personnes qui se marient reçoivent une bénédiction des ministres de l'Église. Comme dans les autres sacrements l'action extérieure figure quelque chose de spirituel, ainsi dans ce sacrement l'union du mari et de la femme figure l'union de Jésus-Christ et de l'Église, selon cette parole de l'Apôtre : *Ce sacrement est grand ; je dis en Jésus-Christ et en l'Église* (Eph., v, 32). Et, parce que les sacrements effectuent ce qu'ils figurent, nous devons croire que ce sacrement confère à ceux qui se marient la grâce en vertu de laquelle ils appartiennent à l'union de Jésus-Christ et de l'Église; et cela leur est très nécessaire, pour qu'ils se livrent aux choses charnelles et terrestres de telle sorte qu'ils ne se séparent point de Jésus-Christ et de l'Église.

Puis donc que l'union du mari et de la femme représente l'union de Jésus-Christ et de l'Église, la figure doit répondre à la chose figurée. Or, l'union de Jésus-Christ et de l'Église est entre un seul et une seule qu'il doit posséder toujours; car il n'y a qu'une Église, selon ce qui est écrit : *Une seule est ma colombe et ma parfaite* (Cant., vi, 8); et Jésus-Christ ne sera jamais séparé de son Église; car il dit lui-même : *Voici que je suis avec vous, tous les jours, jusqu'à la consommation du siècle* (Matt., xxviii, 20); et nous lisons encore : *Toujours nous serons avec le Seigneur*

vero ordinatur ad bonum politicum, subiacet ordinationi civilis legis. In quantum autem ordinatur ad bonum Ecclesie, oportet quod subiaceat regimini ecclesiastico. Ea autem que populo per ministros Ecclesie dispensantur sacramenta dicuntur. Matrimonium igitur, secundum quod consistit in conjunctione maris et femine intendantium prolem ad cultum Dei generare et educare, est Ecclesie sacramentum; unde et quedam benedictio nubentibus per ministros Ecclesie adhibetur. Et, sicut in aliis sacramentis per ea que exterior aguntur spirituale aliquid figuratur, sic et in hoc sacramento per conjunctionem maris et femine conjunctio Christi et Ecclesie figuratur, secundum illud Apostoli: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesia* (Ephes., v,

32). Et, quia sacramenta efficiunt quod figurant, credendum est quod nubentibus per hoc sacramentum gratia conferatur per quam ad unionem Christi et Ecclesie pertineant; quod eis maxime necessarium est, ut sic carnalibus et terrenis intendant quod a Christo et Ecclesia non disjungantur.

Quia igitur, per conjunctionem maris et femine, Christi et Ecclesie conjunctio designatur, oportet quod figura significato respondeat. Conjunctio autem Christi et Ecclesie est unius ad unam perpetuo habendam; est enim una Ecclesia, secundum illud : *Una est columba mea, perfecta mea* (Cant., vi, 8); nec unquam Christus a sua Ecclesia separabitur; dicit enim ipse : *Eccce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi* (Matt., xxviii,

(I. Thessal., IV, 16). Le Mariage, en tant qu'il est un sacrement de l'Église, doit donc exister entre un seul et une seule qu'il possédera indivisiblement; et cela entre dans le serment de fidélité par lequel le mari et la femme se lient réciproquement.

Il y a donc un triple bien dans le Mariage, en tant qu'il est un sacrement de l'Église : la naissance et l'éducation des enfants pour l'honneur de Dieu; la fidélité, puisqu'un seul homme se lie à une seule épouse, et le sacrement, selon que l'union du mariage est indivisible, en tant qu'elle est le sacrement [ou le signe mystérieux] de l'union de Jésus-Christ et de l'Église.

Nous avons traité plus haut toutes les autres questions que l'on doit examiner au sujet du Mariage (liv. III, ch. 122 et 126).

CHAPITRE LXXIX.

Jésus-Christ doit ressusciter un jour les corps.

Puisque nous avons prouvé que Jésus-Christ nous a délivrés des châtimens que nous avons encourus par le péché du premier homme (ch. 55), dès lors que, le premier homme ayant péché, le péché ne nous a pas été transmis seul, mais encore la mort, qui est la peine du péché, selon cette parole de l'Apôtre : *Le péché est entré en ce monde par un seul homme, et par le péché la mort* (Rom., V, 12), il est nécessaire que Jésus-Christ nous délivre de tous les deux, c'est-à-dire de la culpabilité et de la mort. C'est pourquoi l'Apôtre dit au même endroit : *Si par le péché d'un seul la mort a régné par un seul, à plus forte raison ceux qui recevront l'abondance de la grâce, du don et de la justice régneront-ils dans la vie*

20); et ulterius : *Semper cum Domino erimus* (I. Thessal., IV, 16). Necessè est igitur quod Matrimonium, secundum quod est Ecclesiæ sacramentum, sit unus ad unam indivisibiliter habendam; et hoc pertinet ad fidem qua sibi invicem vir et uxor obligantur.

Sic igitur tria sunt bona Matrimonii, secundum quod est Ecclesiæ sacramentum : scilicet proles ad cultum Dei suscipienda et educanda; fides, prout unus vir uni uxori obligatur; et sacramentum, secundum quod indivisibilitatem habet matrimonialis conjunctio, in quantum est conjunctionis Christi et Ecclesiæ sacramentum.

Cætera autem quæ in Matrimonio consideranda sunt supra pertractavimus (I. III, c. 122 et 126).

CAPUT LXXIX.

Quod per Christum resurrectio corporum sit futura.

Quia vero supra (c. 55) ostensum est quod per Christum liberati sumus ab his quæ per peccatum primi hominis incurrimus, peccante autem primo homine, non solum in nos peccatum derivatum est, sed etiam mors, quæ est pœna peccati, secundum illud Apostoli : *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors* (Rom., V, 12), necessarium est quod per Christum ab utroque liberemur, et a culpa scilicet et a morte. Unde et ibidem dicit Apostolus : *Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis*

par un seul, qui est Jésus-Christ (Ibid., 17). Afin donc de nous faire voir les deux choses en lui, il a voulu mourir et ressusciter. Il a voulu mourir pour nous purifier du péché ; ce qui fait dire à l'Apôtre : *Comme il a été décrété que tous les hommes mourront une fois,.... ainsi Jésus-Christ a été offert une fois pour effacer les péchés d'un grand nombre* (Hébr., IX, 27 et 28). Il a voulu ressusciter pour nous délivrer de la mort ; aussi l'Apôtre dit : *Jésus-Christ est ressuscité d'entre les morts, et il est les prémices de ceux qui se sont endormis ; parce que la mort est venue par un homme, et la résurrection des morts viendra par un homme* (I. Cor., XV, 20 et 21). L'effet de la mort de Jésus-Christ nous est donc appliqué dans les sacrements ; car nous avons dit plus haut que les sacrements opèrent en vertu de la Passion de Jésus-Christ (ch. 56). Quant à l'effet de la résurrection de Jésus-Christ, qui consiste dans notre délivrance de la mort, il nous sera appliqué à la fin du monde, lorsque nous ressusciterons tous par la puissance de Jésus-Christ ; de là ce que dit l'Apôtre : *Si l'on vous prêche que Jésus-Christ est ressuscité d'entre les morts, comment s'en trouve-t-il parmi vous qui disent qu'il n'y a pas de résurrection des morts ? Or, s'il n'y a pas de résurrection des morts, Jésus-Christ n'est pas non plus ressuscité. Si Jésus-Christ n'est pas ressuscité, notre prédication est donc vaine, et votre foi est vaine aussi* (Ibid., 12-14). La foi nous oblige donc à croire qu'il y aura une résurrection des morts.

Plusieurs, cependant, entendant cela autrement qu'il ne faut, ne croient pas que les corps doivent ressusciter ; mais ils s'efforcent d'appliquer tout ce qu'on lit dans l'Écriture touchant la résurrection à la résurrection spirituelle, en tant que quelques-uns ressuscitent de la mort du péché par la grâce.

abundantiam gratiæ, et donationis et justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum. (ibid., 17). Ut igitur utrumque nobis in seipso demonstraret, et mori et resurgere voluit. Mori quidem voluit, ut nos a peccato purgaret; unde Apostolus dicit: Quomodo statutum est hominibus semel mori, ... sic et Christus semel obdatus est ad multorum exhaurienda peccata (Hebr., IX, 27 et 28) Resurgere autem voluit, ut nos a morte liberaret; unde Apostolus: Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem more et per hominem resurrectio mortuorum (I. Cor., XV, 20 et 21). Effectum igitur mortis Christi in sacramentis consequimur, quantum ad remissionem culpæ; dictum est enim supra (c. 56) quod sacramenta in

virtute Passionis Christi operantur. Effectum autem resurrectionis Christi, quantum ad liberationem a morte, in fine seculi consequemur, quando omnes per Christi virtutem resurgemus; unde dicit Apostolus: Si Christus predicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostræ. Inanis est et fides vestra (ibid., 12-14). Est igitur de necessitate fidei credere resurrectionem mortuorum futuram.

Quidam vero, hoc perverse intelligentes, resurrectionem corporum futuram non credunt; sed quod de resurrectione legitur in Scripturis ad spiritualem resurrectionem

1. L'Apôtre condamne cette erreur en ces termes : *Évitez les entretiens vains et profanes ; car ils contribuent beaucoup à faire naître l'impiété, et les discours qui s'y tiennent s'insinuent comme une gangrène : de ce nombre sont Hyménée et Philète, qui sont sortis de la vérité, en disant que la résurrection est déjà arrivée* (II. Tim., II, 16-18) ; ce qui ne pouvait s'entendre que d'une résurrection spirituelle. Il est donc contraire à la vérité de la foi d'admettre une résurrection spirituelle et de rejeter celle des corps.

2° Le langage que tient l'Apôtre aux Corinthiens prouve évidemment qu'on doit appliquer les paroles qui précèdent à la résurrection des corps ; car un peu plus loin il dit : *Un corps animal est semé, et il ressuscitera corps spirituel* (I. Cor., xv, 44) ; et dans cet endroit il traite manifestement de la résurrection du corps. Il ajoute ensuite : *Il faut que cette partie corruptible revête l'incorruptibilité et que cette partie mortelle revête l'immortalité* (Ibid., 53). Or, cette partie corruptible et mortelle, c'est le corps. Donc c'est le corps qui ressuscitera.

3° Le Seigneur a promis l'une et l'autre de ces résurrections ; car il est dit : *En vérité, en vérité je vous dis que l'heure vient, et elle est venue, où les morts entendront la voix du Fils de Dieu ; et ceux qui l'auront entendue vivront* (Joann., v, 25) ; ce qui paraît avoir trait à la résurrection spirituelle des âmes, qui commençait à se réaliser dans ce temps, par là même que plusieurs s'attachaient à Jésus-Christ par la foi ; mais il parle ensuite expressément de la résurrection des corps, en disant : *L'heure vient où tous ceux qui sont dans les tombeaux entendront la voix du Fils de Dieu* (Ibid., 28). Il est évident, en effet, que les corps sont

referre conantur, secundum quod aliqui a morte peccati resurgunt per gratiam.

1° Hic autem error ab ipso Apostolo reprobatur ; dicit enim : *Profana et vaniloquia devota ; multum enim proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit : ex quibus est Hymenæus et Philæus, qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem jam factam esse* (II. Tim., II, 16-18) ; quod non poterat intelligi nisi de resurrectione spirituali. Est ergo contra veritatem fidei ponere resurrectionem spiritualem et negare corporalem.

2° Præterea, Manifestum est, ex his quæ Apostolus Corinthiis dicit, quod præmissa verba de resurrectione corporali sunt intelligenda. Nam post pauca subdit : *Seminatur corpus animale, surgat corpus spirituale* (I. Cor., xv, 44), ubi manifeste cor-

poris resurrectionem tangit ; et postmodum subdit : *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* (ibid., 53). Hoc autem corruptibile et mortale est corpus. Corpus igitur est quod resurget.

3° Adhuc, Dominus utramque resurrectionem promittit ; dicit enim : *Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei ; et qui audierint, vivent* (Joann., v, 25) ; quod ad resurrectionem spiritualem animarum pertinere videtur, quæ tunc jam fieri incipiebat dum aliqui per fidem Christo adhaerebant ; sed postmodum corporalem resurrectionem exprimit dicens : *Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei* (ibid., 28). Manifestum est enim quod animæ in monumentis non sunt,

dans les tombeaux, et non les âmes. Donc la résurrection des corps est prédite ici.

4° Job annonce aussi expressément la résurrection des corps; car il dit : *Je sais que mon Rédempteur vit, et qu'au dernier jour je ressusciterai de la terre, et je serai de nouveau revêtu de ma peau, et je verrai mon Dieu dans ma chair* (Job, XIX, 25 et 26).

Une raison évidente nous aide encore à prouver la résurrection future de la chair, si l'on tient compte de ce que nous avons établi précédemment. En effet :

1° Nous avons démontré que les âmes des hommes sont immortelles (liv. II, ch. 79), elles survivent donc aux corps, dégagées des corps. Or, il est clair, d'après ce que nous avons dit (liv. II, ch. 83 et 84), que l'âme est naturellement unie au corps, puisque par son essence elle est la forme du corps. Il est donc contraire à la nature de l'âme d'être séparée du corps. Or, rien de contraire à la nature ne peut durer toujours. Donc l'âme ne sera pas perpétuellement sans le corps. Puis donc qu'elle subsiste perpétuellement, elle devra être unie une seconde fois au corps; ce qui constitue la résurrection. Donc l'immortalité des âmes semble exiger la résurrection future des corps.

2° Nous avons prouvé que le désir naturel de l'homme tend à la félicité (liv. III, ch. 24). Or, la félicité suprême consiste dans la perfection de l'être qui est heureux. Donc tout être à la perfection duquel il manque quelque chose, ne possède pas encore la félicité parfaite, puisque son désir n'est pas encore complètement apaisé; car tout être imparfait désire naturellement arriver à sa perfection. Or, l'âme

sed corpora. Prædicatur ergo hic corporum resurrectio.

4° Expresse etiam corporum resurrectio prænuntiatur a Job; dicitur enim : *Scio quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum, et rursus circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum* (Job., XIX, 25 et 26).

Ad ostendendum etiam resurrectionem carnis futuram evidens ratio suffragatur, suppositis hiis quæ in superioribus sunt ostensa.

1° Ostensum est enim (I. II, c. 79) animas hominum immortales esse. Remanent igitur post corpora, a corporibus absolute. Manifestum est etiam, ex hiis quæ dicta sunt (I. II, c. 83 et 84), quod anima corpori naturaliter unitur; est enim secundum suam essentiam corporis forma.

Est igitur contra naturam animæ absque corpore esse. Nihil autem quod est contra naturam potest esse perpetuum. Non igitur perpetuo erit anima absque corpore. Quum igitur perpetuo maneat, oportet eam corpori iterato conjungi; quod est resurgere. Immortalitas igitur animarum exigere videtur resurrectionem corporum futuram.

2° Adhuc, Ostensum est supra (I. III, c. 24) naturale hominis desiderium ad felicitatem tendere. Felicitas autem ultima est felicitas perfectio. Cuicumque igitur deest aliquid ad perfectionem nondum habet felicitatem perfectam, quia nondum ejus desiderium totaliter quietatur; omne enim imperfectum perfectionem consequi naturaliter cupit. Anima autem a corpore separata est aliquo modo imperfecta, sicut omnis pars extra suum totum existens;

séparée du corps est en quelque manière imparfaite, de même que toute partie qui se trouve en dehors de son tout; car l'âme est naturellement une partie de la nature humaine. L'homme ne peut donc arriver à la félicité suprême qu'autant que son âme est de nouveau unie à son corps, à raison surtout de ce que nous avons établi que, durant cette vie, l'homme ne saurait parvenir à la félicité suprême (liv. III, ch. 48).

3° En vertu de la divine Providence, un châtement est dû aux pécheurs et une récompense à ceux qui font le bien : nous l'avons prouvé (liv. III, ch. 140). Or, les hommes qui pèchent ou font le bien pendant la vie présente sont composés d'une âme et d'un corps. Donc une récompense ou un châtement est dû aux hommes, et quant à l'âme, et quant au corps. Or, il résulte évidemment des démonstrations précédentes qu'ils ne peuvent arriver à la félicité suprême durant cette vie (liv. III, ch. 26 et suiv.); et souvent même les péchés ne sont pas punis pendant la vie présente; bien plus, comme le dit l'Écriture : *Pourquoi les impies vivent-ils, et sont-ils élevés et comblés de richesses* (Job, XXI, 7)? Il faut donc nécessairement admettre une nouvelle union de l'âme avec le corps, afin que l'homme puisse être récompensé et puni dans son âme et dans son corps.

CHAPITRE LXXX.

Objections contre la résurrection.

Quelques difficultés paraissent s'élever contre la croyance de la résurrection.

1° Nous ne voyons dans aucun des êtres de la nature ce qui a été

anima enim naturaliter est pars humanæ naturæ. Non igitur homo potest ultimam felicitatem consequi, nisi anima iterato corpori conjungatur, præsertim quum ostensum sit (l. III, c. 48) quod homo in hac vita non potest ad felicitatem ultimam pervenire.

3° Item, Sicut ostensum est (l. III, c. 140), ex divina Providentia peccantibus poena debetur et bene agentibus præmium. In hac autem vita homines, ex anima et corpore compositi, peccant vel recte agunt. Debetur igitur hominibus, et secundum animam, et secundum corpus, præmium vel poena. Manifestum est autem quod in hac vita præmium ultimæ felicitatis consequi non possunt, ex his quæ ostensa

sunt (l. III, c. 26 et seqq.); multoties etiam peccata in hac vita non puniuntur; ut dicitur : *Quare ergo impii vivunt, sublevari sunt confortatiq; divitiis* (Job, XXI, 7)? Necessarium igitur est ponere iteratam animæ ad corpus conjunctionem, ut homo in corpore et anima præmiari et puniri possit.

CAPUT LXXX.

Objectiones contra resurrectionem.

Sunt autem quedam quæ resurrectionis fidem impugnare videntur.

1° In nulla enim naturalium rerum invenitur id quod corruptum est idem numero

corrompu revenir numériquement le même à l'existence, de même qu'il semble impossible de passer de nouveau d'une privation à l'habitude; et, pour cette raison, comme les êtres qui se corrompent ne savent se renouveler dans leur identité numérique, la nature vise par la génération à conserver l'identité spécifique de ce qui se corrompt. Dès lors donc que les hommes se corrompent par la mort, et que le corps de l'homme se résout lui-même jusqu'en ses premiers éléments, il ne paraît pas que l'homme puisse être rendu à la vie dans son identité numérique.

2° Il est impossible qu'un être ait son identité numérique lorsqu'un de ses principes essentiels ne peut pas être numériquement le même; car toutes fois qu'un principe essentiel varie, l'essence de la chose, en vertu de laquelle la chose existe, de même qu'elle est une, varie elle-même. Or, ce qui rentre complètement dans le néant ne saurait se retrouver dans son identité numérique; car il y aura plutôt une création nouvelle qu'une restauration de la chose. Or, plusieurs des principes essentiels de l'homme semblent rentrer dans le néant par la mort: Premièrement, la corporéité elle-même et la forme du mélange, puisque le corps se dissout évidemment; en second lieu, les parties sensitive et nutritive de l'âme, qui ne peuvent exister sans les organes corporels; et de plus, l'humanité elle-même, que l'on dit être la forme du tout, paraît rentrer dans le néant lorsque l'âme est séparée du corps. Il semble donc impossible que l'homme ressuscite dans son identité numérique.

3° Ce qui n'a pas de continuité ne paraît pas avoir d'identité numérique, et cela est manifeste, non-seulement pour les dimensions et les mouvements, mais encore pour les qualités et les formes; car, si quel-

redire in esse, sicut nec ab aliqua privatione ad habitum videtur posse rediri; et ideo, quia que corrumpuntur eodem numero iterari non possunt, natura intendit ut id quod corrumpitur idem specie per generationem conservetur. Quum igitur homines per mortem corrumpantur, ipsaque corpus hominis usque ad prima elementa resolvatur, non videtur quod idem numero homo possit reparari ad vitam.

2° Item, Impossibile est esse idem numero cuius aliquod essentialium principiorum idem numero esse non potest; nam, essentiali principio variato, semper variatur essentia rei, per quam res, sicut est, ita et una est. Quod autem omnino redit in nihilum idem numero resumere non potest; po-

tius enim erit motus vel creatio quam eadem reparatio. Videtur autem plura principiorum essentialium hominis per eam mortem in nihilum redire: et primo quidem ipsa corporéitas et forma mixtionis, quam corpus manifeste dissolvitur; deinde pars anime sensitiva et nutritiva, que sine corporeis organis esse non possunt; ulterius autem, in nihilum videtur redire ipsa humanitas, que dicitur esse forma totius anime a corpore separata. Impossibile igitur videtur quod homo idem numero resurgat.

3° Adhuc, Quod non est continuum idem numero esse non videtur; quodquidem non solum in magnitudinibus et motibus manifestum est, sed etiam in qualitatibus et formis; si enim post sanitatem alicuius

qu'un, après avoir été en santé, tombe malade et redevient sain, la santé qu'il recouvrera ne sera pas numériquement la même. Or, la mort détruit évidemment l'être de l'homme, puisque la corruption est la transition de l'être au non-être. Il est donc impossible que l'être de l'homme soit rétabli dans son identité numérique. Donc l'homme ne sera pas non plus numériquement le même; car les choses qui sont numériquement identiques quant à l'être sont une même chose.

4° Si le même corps de l'homme est rendu à la vie, il faudra, pour la même raison, que tout ce qui a appartenu au corps de l'homme lui soit restitué. Or, la plus grande inconvenance résulte de là, non-seulement à cause des cheveux, des ongles et des poils, que l'on voit retrancher tous les jours en les coupant, mais encore à raison des autres parties du corps que l'action de la chaleur naturelle résout insensiblement; et si toutes ces choses étaient rendues à l'homme lors de sa résurrection, ses dimensions en seraient accrues hors de toute convenance. Il ne paraît donc pas que l'homme doive ressusciter après sa mort.

5° Il arrive quelquefois que certains hommes mangent de la chair humaine, et ne se nourrissent que de cet aliment, et ainsi nourris ils engendrent des enfants. La même chair se trouve donc dans plusieurs hommes. Or, il n'est pas possible qu'elle ressuscite dans plusieurs; et la résurrection ne pourrait pas être universelle et entière, si chacun ne recouvre pas ce qu'il a possédé. Il semble donc impossible que la résurrection des morts doive avoir lieu.

6° On considère comme étant naturelle à l'espèce une chose commune à tous les êtres qui existent dans cette espèce. Or, la résurrection de l'homme n'est pas naturelle; car aucune puissance appartenant

infirmatus iterato sanetur, non redibit eadem sanitas numero. Manifestum est autem quod per mortem esse hominis aufertur, quum corruptio sit mutatio de esse in non esse. Impossibile est igitur quod esse numero referretur. Neque igitur erit idem homo numero; quæ enim sunt eadem numero secundum esse sunt idem.

4° Amplius, Si idem hominis corpus reparatur ad vitam, pari ratione oportet quod quidquid in corpore hominis fuit eidem restitatur. Ad hoc autem maxima indecentia sequitur, non solum propter capillos et ungues et pilos, qui manifeste quotidianæ præcisione tolluntur, sed etiam propter alias partes corporis quæ occulte per actionem naturalis caloris resolvuntur; quæ omnia si restituantur homini resurgenti,

indecens magnitudo consurget. Non videtur igitur quod homo sit post mortem resurrecturus.

5° Præterea, Contingens est quandoque aliquos homines carnibus humanis vesci, et solum tali nutrimento nutriri, et sic nutritos filios generare. Caro igitur eadem in pluribus hominibus invenitur. Non est autem possibile quod in pluribus resurgat; nec aliter videtur esse universalis resurrectio et integra, si unicuique non restituatur quod hic habuit. Videtur igitur impossibile quod sit hominum resurrectio futura.

6° Item, illud quod est commune omnibus existentibus in aliqua specie videtur esse naturale illi speciei. Non est autem hominis resurrectio naturalis; non enim aliqua virtus naturalis agentis sufficit ad hoc

à un agent naturel ne suffit pour faire que tous les hommes ensemble ressuscitent. Donc tous les hommes ensemble ne ressusciteront pas.

7 Si Jésus-Christ nous délivre, et de la coulpe, et de la mort, que est l'effet du péché, il semble que ceux-là seulement seront délivrés de la mort par la résurrection, qui auront participé aux mystères de Jésus-Christ, pour être délivrés par eux de la coulpe. Or, cela n'a pas lieu pour tous les hommes. Donc, paraît-il, tous les hommes ne ressusciteront pas.

CHAPITRE LXXXI.

Solution des objections précédentes.

Pour résoudre ces difficultés, il nous faut considérer que, comme nous l'avons dit plus haut (ch. 52), Dieu, en constituant la nature humaine, attribua au corps humain quelque chose de plus que ce qui lui était dû en vertu des principes naturels, savoir une sorte d'incorruptibilité, au moyen de laquelle il fût convenablement approprié à sa forme, afin que, comme la vie de l'âme est perpétuelle, le corps pût vivre perpétuellement par l'âme; et, quoique cette incorruptibilité ne fût point naturelle quant au principe actif, elle était cependant en quelque manière naturelle à raison de l'ordre qui la rattachait à sa fin, et cet ordre consistait à proportionner la matière à sa forme naturelle, qui est la fin de la matière. L'âme s'étant détournée de Dieu, en sortant de l'ordre de sa nature, la disposition qui avait été mise par une dispensation divine dans son corps, pour le mettre avec elle dans une

agendum ut communiter omnes homines resurgant. Non igitur communiter omnes homines resurgent.

7^o Adhuc, Si per Christum liberamur, et a culpa, et a morte, quæ est peccati effectus, illi soli videntur liberandi esse a morte per resurrectionem qui fuerunt participes mysteriorum Christi, quibus liberarentur a culpa. Hoc autem non est omnium hominum. Non igitur omnes homines resurgent, ut videtur.

CAPUT LXXXI.

Solutio præmissarum objectionum.

Ad horum igitur solutionem consideran-

dum est quod Deus, sicut supra (c. 52) dictum est, in institutione humanæ naturæ, aliquid corpori humano attribuit supra id quod ei ex naturalibus principiis debebatur, scilicet incorruptibilitatem quamdam, per quam convenienter suæ formæ coaptaretur. ut, sicut animæ vita perpetua est, ita corpus per animam posset perpetuo vivere; et tamen quidem incorruptibilitas, etiamsi non esset naturalis quantum ad activum principium, erat tamen quodammodo naturalis ex ordine ad finem, ut scilicet materia proportionaretur suæ naturali formæ, quæ est animæ materiæ. Animæ igitur, præter ordinem suæ naturæ a Deo aversam, subtracta est dispositio quæ ejus corpori divinitus indita erat ut sibi proportionaliter responderet. et secuta est mors. Est igitur mors quasi per-

relation de proportion, lui fut donc retirée, et la mort s'en est suivie. La mort est donc survenue, pour ainsi dire, accidentellement dans l'homme par le péché, si l'on considère l'institution de la nature humaine. Or, Jésus-Christ a fait disparaître cet accident, lorsqu'en mourant il a détruit la mort par le mérite de sa Passion. Il résulte donc de là que la puissance divine, qui a donné l'incorruptibilité au corps, restaure de nouveau le corps en le faisant passer de la mort à la vie.

1° D'après ce principe, il faut donc répondre à la première objection que la puissance de la nature est au-dessous de la puissance divine, de la même manière que la puissance de l'instrument est inférieure à la puissance de l'agent principal. Quoique l'opération de la nature soit incapable de rétablir un corps corrompu en lui rendant la vie, la puissance divine peut donc néanmoins produire ce résultat. En effet, si la nature ne peut pas le faire, cela vient de ce que la nature opère toujours au moyen d'une forme; et l'être qui a une forme existe déjà; d'où il suit que rien ne peut se produire soi-même, mais un être produit un autre être qui lui ressemble quant à l'espèce; mais lorsqu'il est corrompu, il a perdu la forme qui pouvait être son principe d'action, et, par conséquent, l'opération de la nature ne saurait rétablir dans son identité numérique ce qui est corrompu. Mais la puissance divine, qui a donné l'existence aux êtres, opère de telle sorte par la nature, qu'elle peut produire sans elle un effet naturel, comme nous l'avons précédemment prouvé (liv. III, ch. 99); aussi, comme la puissance divine ne varie pas, même après la corruption des êtres, elle peut rétablir dans leur intégrité ceux qui sont corrompus.

2° Ce qu'on objectait en second lieu ne saurait empêcher que

accidens superveniens homini per peccatum, considerata institutione humanæ naturæ. Hoc autem accidens sublatum est per Christum, qui merito suæ Passionis mortem moriendo destruxit. Ex hoc igitur consequitur quod divina virtute, quæ corpori incorruptionem dedit, iterato corpus de morte ad vitam reparatur.

1° Secundum hoc igitur, ad primum dicendum quod virtus naturæ deficiens est a virtute divina, sicut virtus instrumenti a virtute principalis agentis. Quamvis igitur operatione naturæ hoc fieri non possit ut corpus corruptum reparatur ad vitam, tamen virtute divina id fieri potest. Nam quod natura hoc facere non possit, ideo est quia

natura semper per formam aliquam operatur; quod autem habet formam jam est: unde nihil seipsum generare potest, sed generat aliquid aliud sibi secundum speciem simile; quum vero corruptum est, formam amisit, quæ poterat esse actionis principium; unde, operatione naturæ, quod corruptum est idem numero reparari non potest. Sed divina virtus, quæ res produxit in esse, sic per naturam operatur quod absque ea effectum naturæ producere potest, ut superius (l. III, c. 99) ostensum est; unde, quum virtus divina maneat eadem, etiam rebus corruptis, potest corrupta in integrum reparare.

2° Quod vero secundo objiciebatur impe-

l'homme puisse ressusciter dans son identité numérique. Aucun des principes essentiels de l'homme ne rentre complètement dans le néant par la mort; car nous avons démontré que l'âme raisonnable, qui est la forme de l'homme, demeure après la mort (liv. II, ch. 79); la matière qui a été le sujet de cette forme demeure également, sous les mêmes dimensions en vertu desquelles elle était une matière individuelle. De l'union d'une âme numériquement identique avec une matière numériquement identique résultera donc la restauration de l'homme dans son identité numérique.

Quant à la corporéité, on peut la considérer de deux manières : — d'abord comme étant la forme substantielle du corps, en tant qu'il prend place dans le genre de la substance; et, sous ce rapport, la corporéité de tout corps n'est autre chose que sa forme substantielle, à raison de laquelle il est placé dans le genre et dans l'espèce, et en vertu de laquelle l'être corporel doit avoir trois dimensions. Il n'y a pas, en effet, dans un seul et même sujet diverses formes substantielles, qui le rangent : l'une, dans le genre le plus élevé, qui est celui de la substance; l'autre dans le genre prochain : par exemple, dans le genre des corps ou des animaux; et une autre dans l'espèce : comme l'espèce de l'homme ou du cheval; parce que si la première forme faisait une substance du sujet, les formes suivantes s'ajouteraient à un être qui est déjà actuellement telle chose et qui subsiste dans une nature, et, par conséquent, les formes postérieures ne feraient pas de cet être telle chose, mais elles seraient dans un sujet qui est telle chose comme des formes accidentelles. La corporéité, en tant qu'elle est une forme substantielle dans l'homme, n'est donc pas distincte de l'âme

dire non potest quin homo idem numero resurgere possit. Nullum enim principiorum essentialium hominis per mortem omnino cedit in nihilum; nam anima rationalis, quæ est forma hominis, manet post mortem, ut superius est ostensum (l. II, c. 79); materia etiam manet quæ tali formæ fuit subjecta, sub dimensionibus eisdem ex quibus habebat ut esset individualis materia. Ex conjunctione igitur ejusdem animæ numero ad eandem materiam numero, homo unus numero reparabitur.

Corporeitas autem dupliciter accipi potest: — Uno modo, secundum quod est forma substantialis corporis, prout in genere substantiæ collocatur; et sic corporeitas cujuscumque corporis nihil est aliud quam forma substantialis ejus, secundum quam in ge-

nere et specie collocatur, ex qua debetur rei corporali quod habeat tres dimensiones. Non enim sunt diversæ formæ substantiales in uno et eodem, per quarum unam collocatur in genere supremo, puta substantiæ, et per aliam in genere proximo, puta in genere corporalis vel animalis, et per aliam in specie, puta hominis aut equi: quia, si prima forma faceret esse substantiam, sequentes formæ jam advenirent ei quod est hoc aliquid in actu et subsistens in natura, et sic posteriores formæ non facerent hoc aliquid, sed essent in subjecto quod est hoc aliquid sicut formæ accidentales. Oportet igitur quod corporeitas, prout est forma substantialis in homine, non sit aliud quam anima rationalis, quæ in sua materia hæc requirit quod habeat tres dimensiones; est

raisonnable, qui exige de sa matière qu'elle ait trois dimensions ; car l'âme est l'acte d'un certain corps. — On considère en second lieu la corporéité comme étant une forme accidentelle, à raison de laquelle on dit que le corps est dans le genre de la quantité ; et, en ce sens, la corporéité n'est autre chose que les trois dimensions qui constituent la raison des corps. Quoique cette corporéité retombe dans le néant, lorsque le corps humain est détruit, elle ne peut donc pas empêcher, cependant, que le corps ressuscite dans son identité numérique, parce que la corporéité entendue dans le premier sens ne rentre pas dans le néant, mais elle reste identique.

On peut de même envisager sous deux rapports la forme du mélange. — Premièrement, si l'on entend par forme du mélange la forme substantielle du corps mixte ; et alors, comme il n'y a pas dans l'homme d'autre forme substantielle que l'âme raisonnable, ainsi que nous l'avons prouvé (liv. II, ch. 57), on ne pourra pas dire que la forme de la substance mixte, en tant qu'elle est une forme substantielle, rentre dans le néant lorsque l'homme meurt. — Secondement, on appelle forme du mélange une certaine qualité composée et équilibrée par le mélange de qualités simples, qui est relativement à la forme substantielle du corps mixte ce qu'est une qualité simple par rapport à la forme substantielle d'un corps simple. Par conséquent, si la forme de mélange ainsi entendue retombe dans le néant, elle ne préjudicie en rien à l'unité du corps qui ressuscite.

Il en faut dire autant de la partie nutritive et sensitive. En effet : — Si l'on entend par la partie nutritive et sensitive les puissances mêmes qui sont des propriétés naturelles de l'âme, ou plutôt du composé,

anim actus corporis alicujus. — Alio modo accipitur corporeitas prout est forma accidentalis, secundum quam dicitur corpus esse in genere quantitatis ; et sic corporeitas nihil aliud est quam tres dimensiones que corporis rationem constituent. Etsi igitur hæc corporeitas in nihilum cedit, corpore humano corrupto, tamen impedire non potest quin idem numero resurgat, eo quod corporeitas modo dicta non in nihilum cedit, sed eadem manet.

Similiter etiam forma mixti dupliciter accipi potest : — Uno modo, ut per formam mixti intelligatur forma substantialis corporis mixti ; et sic, quum in homine non sit alia forma substantialis quam anima rationalis, ut ostensum est (L. II, c. 57), nec poterit dici quod forma mixti, prout est

forma substantialis, homine moriente, cedit in nihilum. — Alio modo, dicitur forma mixti qualitas quedam composita et temperata ex mixtione simplicium qualitatum, que ita se habet ad formam substantialem corporis mixti sicut se habet qualitas simplex ad formam substantialem corporis simplicis. Unde, si forma mixtionis sic dicta in nihilum cedat, non præjudicat unitati corporis resurgentis.

Sic etiam dicendum est de parte nutritiva et sensitiva. — Si enim per partem sensitivam et nutritivam intelligantur ipsæ potentie que sunt proprietates naturales anime, vel magis compositi, corrupto corpore corrumpuntur ; ne tamen per hoc impeditur unitas resurgentis. — Si vero per partes prædictas intelligatur ipsa substantia ani-

elles sont détruites avec le corps ; et cependant cela n'empêche pas que le corps ne soit un en ressuscitant. — Mais si l'on entend par ces parties la substance même de l'âme sensitive et nutritive, chacune d'elles est identique à l'âme raisonnable ; car nous avons démontré que l'homme n'a pas trois âmes, mais une seule (liv. II, ch. 58).

Pour l'humanité, on ne doit pas se la représenter comme une forme qui résulte de l'union de la forme avec la matière, comme si elle était réellement distincte de toutes les deux, parce que, dès lors que la matière devient actuellement telle chose par la forme, selon ce que dit Aristote (1), cette troisième forme subséquente ne serait pas substantielle, mais accidentelle. — Quelques-uns disent que la forme de la partie est la même que la forme du tout, mais qu'on l'appelle forme de la partie en tant qu'elle fait exister la matière en acte, et forme du tout, en tant qu'elle complète la raison constitutive de l'espèce ; et, d'après cela, l'humanité n'est pas en réalité autre chose que l'âme raisonnable ; d'où il suit que la corruption du corps ne la fait pas rentrer dans le néant. — Mais dès lors que l'humanité est l'essence de l'homme, que l'essence de la chose est ce que désigne la définition, et que la définition d'un être naturel ne désigne pas seulement la forme, mais la forme et la matière, le terme d'humanité, de même que celui d'homme, doit nécessairement désigner quelque chose qui est composé d'une matière et d'une forme : différemment toutefois. En effet, l'humanité désigne les principes essentiels tant formels que matériels de

(1) Dicimus genus unum quoddam eorum que sunt substantiam esse, atque hujus aliquid ut materiam, quod quidem per se non est hoc aliquid ; aliud formam et speciem. quo quidem jam hoc aliquid dicitur ; et tertium id quod ex istis constat atque componitur. Est autem materia quidem potentia ; forma vero actus atque perfectio (Arist., De anima, II, c. 1, init.).

mæ sensitivæ et nutritivæ, utraque earum est eadem cum anima rationali ; non enim sunt in homine tres animæ, sed una tantum, ut ostensum est (l. II, c. 58).

De humanitate vero non est intelligendum quod sit quedam forma consurgens ex conjunctione formæ ad materiam, quasi realiter sit alia ab utroque ; quia quum per formam materia fiat hoc aliquid actus, ut dicitur in secundo de Anima (c. 1), illa tertia forma consequens non esset substantialis sed accidentalis. — Dicunt autem quidam quod forma partis eadem est et forma totius, sed dicitur forma partis secundum quod facit materiam esse in actu,

forma vero totius dicitur secundum quod complet speciei rationem ; et secundum hoc humanitas non est aliud realiter quam anima rationalis ; unde patet quod, corrupto corpore, non cedit in nihilum. — Sed, quia humanitas est essentia hominis, essentia autem rei est quam signat diffinitio, diffinitio autem rei naturalis non signat tantum formam, sed formam et materiam, necessarium est quod humanitas aliquid significet compositum ex materia et forma, sicut et homo : differenter tamen. Nam humanitas significat principia essentialia speciei, tam formalia quam materialia, cum præcisiōne principiorum individualium ; dicitur enim

l'espèce, abstraction faite des principes individuels; car on appelle *humanité* ce en vertu de quoi un tel est homme; mais tel n'est pas homme parce qu'il a les principes individuels, mais seulement parce qu'il a les principes essentiels de l'espèce. L'*humanité* ne désigne donc que les seuls principes essentiels de l'espèce; et c'est ce qui la fait désigner comme partie. Le terme *homme*, au contraire, désigne certains principes essentiels de l'espèce, mais sans exclusion de sa signification les principes d'individualisation; car on appelle *homme* celui qui a l'*humanité*, ce qui n'empêche pas qu'il ne puisse avoir le reste; et pour cette raison, on emploie le mot *homme* pour signifier le tout; car il indique les principes essentiels de l'espèce en acte, et les principes d'individualisation en puissance; de plus, le nom de Socrate indique ces deux sortes de principes en acte, de même que le genre a la différence en puissance, et l'espèce l'a en acte. D'où il résulte clairement que, dans la résurrection, l'homme et l'humanité sont rétablis tous les deux dans leur identité numérique, en vertu de la permanence de l'âme raisonnable et de l'unité de la matière.

3^o La troisième objection, que l'être n'a pas d'unité, parce qu'il n'a pas de continuité, repose sur un vain fondement. Il est évident, en effet, que la matière et la forme ont un seul être, puisque la matière n'a l'être en acte que par la forme. Il y a cependant en cela une différence entre l'âme raisonnable et les autres formes. L'être des autres formes n'est que dans la concrétion des formes avec la matière; car elles n'excèdent la matière, ni par leur être, ni par leur opération. L'âme raisonnable, au contraire, excède manifestement la matière par son opération; car elle a une opération qui se réalise sans la participa-

humanitas secundum quam aliquis est homo; homo autem non est aliquis ex hoc quod habet principia individualia, sed ex hoc solum quod habet principia essentialia speciei. Humanitas igitur significat sola principia speciei essentialia; unde significatur per modum partis. Homo autem significat quendam principia essentialia speciei, sed non excludit principia individualia a sui significatione; nam homo dicitur qui habet humanitatem, ex quo non excluditur quin alia habere possit: et propter hoc homo significat per modum totius; significat enim principia speciei essentialia in actu, individualia vero in potentia; Socrates vero significat utraque in actu, sicut et differentiam genus habet potestate, species vero actu. Unde patet quod et homo redit idem

numero in resurrectione, et humanitas eadem numero, propter animæ rationalis permanentiam et materiæ unitatem.

3^o Quod vero tertio objicitur, quod esse non est unum, quia non est continuum, falso innititur fundamento. Manifestum est enim quod materiæ et formæ unum est esse; non enim materia habet esse in actu nisi per formam. Differt tamen quantum ad hoc anima rationalis ab aliis formis; nam esse aliarum formarum non est nisi in concrectione formarum ad materiam; non enim excedunt materiam neque in esse, neque in operari; anima vero rationalis manifestum est quod excedit materiam in operari; habet enim aliquam operationem absque participatione organi corporalis, scilicet intelligere, unda et esse suum non est solum

tion des organes du corps, savoir l'opération de connaître; aussi son être n'est pas uniquement dans sa concrétion avec la matière. L'être de ce qui était composé demeure donc, même après la dissolution du corps, et lorsque le corps est restauré par la résurrection, il est rétabli dans le même être, qui s'est conservé dans l'âme.

4^o Ce qu'on objecte en quatrième lieu ne détruit pas l'unité de l'homme ressuscité. En effet, ce qui n'empêche pas que l'homme soit numériquement un, tandis qu'il vit sans interruption, ne saurait évidemment s'opposer à ce qu'il soit un en ressuscitant. Or, tant que l'homme vit, son corps n'est pas toujours composé des mêmes parties quant à la matière, mais seulement quant à l'espèce; car, quant à la matière, les parties se dissipent et se remplacent; et cela n'empêche cependant pas l'homme d'être numériquement un depuis le commencement de sa vie jusqu'à la fin. Nous pouvons prendre pour exemple de ceci le feu, que nous considérons comme numériquement un, lorsqu'il brûle continuellement, parce que son espèce persévère, bien que le bois se consume et qu'on en apporte du nouveau. Il en est de même pour le corps humain; car la forme et l'espèce de chacune de ses parties demeure continuellement pendant toute la vie, mais la matière des parties se résout par l'action de la chaleur naturelle, et les aliments la reproduisent. Cependant, l'homme n'est pas numériquement distinct dans ses différentes parties et à ses divers âges, quoique tout ce qui est matériellement (2) en lui dans un état ne s'y trouve pas dans un autre. Ainsi donc, il n'est nullement nécessaire,

(2) *Matériellement*, c'est-à-dire comme faisant partie de la matière qui entre dans la constitution de l'individu, et lui appartient en propre.

in concrecione ad materiam. Esse igitur ejus, quod erat compositi, manet ipso corpore dissoluto, et, reparato corpore in resurrectione, in idem esse reducitur, quod remansit in anima.

4^o Quod etiam quarto objicitur resurgentis unitatem non tollit. Quod enim non impedit unitatem secundum numerum in homine, dum continue vivit, manifestum est quod non potest impedire unitatem resurgentis. In corpore autem hominis, quando vivit, non semper sunt eadem partes secundum materiam, sed solum secundum speciem; secundum vero materiam, partes fluunt et refluant; nec propter hoc impeditur quin homo sit unus numero a principio vite usque in finem.

Cujus exemplum accipi potest ex igne, qui, quum continue ardet, et unus numero dicitur, propter hoc quod species ejus manet, licet ligna consumantur et de novo apponantur. Sic etiam est in corpore humano; nam forma et species singularium partium ejus continue manet per totam vitam, sed materia partium et resolvitur per actionem caloris naturalis et de novo adgeneratur per alimentum. Non est autem alius numero homo secundum diversas partes et etates, quamvis non quidquid materialiter est in homine secundum unum statum sit in eo secundum alium. Sic igitur non requiritur, ad hoc quod resurgat homo idem numero, quod quidquid fuit materialiter in eo secundum totum tempus vite sum

pour que l'homme ressuscite dans son identité numérique, que tout ce qui fut matériellement en lui durant tout le temps de sa vie soit rassemblé, mais il en faut seulement ce qui suffit pour compléter la quantité voulue, et il semble que ce qui doit être réuni de préférence, c'est ce qui existait d'une manière plus parfaite sous la forme et l'espèce de l'humanité. S'il manquait quelque chose pour le complément de la quantité voulue, soit parce que la mort a prévenu celui-ci avant que la nature l'eût fait arriver à son parfait développement, soit parce que celui-là a peut-être été mutilé d'un membre, la Puissance divine y suppléera d'ailleurs; et, toutefois, ce ne sera pas un obstacle à l'unité du corps qui ressuscitera, puisque la nature elle-même ajoute d'ailleurs par son opération quelque chose à ce qui est chez l'enfant, pour le conduire à son parfait développement; et cette addition ne le rend pas numériquement autre; car l'homme est numériquement identique, qu'il soit enfant ou adulte.

5° Il ressort encore de là que lors même que quelques-uns se nourraient de chair humaine, cela ne saurait nous empêcher de croire à la résurrection, comme on l'objectait en cinquième lieu. Nous venons de prouver, en effet, qu'il n'est point nécessaire que tout ce qui s'est trouvé matériellement dans l'homme ressuscite en lui; et, de plus, que s'il lui manque quelque chose, la puissance de Dieu peut y suppléer. La chair qui aura été mangée ressuscitera donc dans celui qui aura eu le premier une âme raisonnable parfaite. Quant au second, s'il ne s'est pas nourri exclusivement de chair humaine, mais aussi d'autres aliments, il pourra ressusciter en lui autant de l'autre substance matériellement acquise par lui qu'il sera nécessaire pour réta-

resumatur, sed tantum ex eo quantum sufficit ad complementum debite quantitatis; et præcipue illud resumendum videtur quod perfectius fuit sub forma et specie humanitatis consistens. Si quid vero defuit ad complementum debite quantitatis, vel quia aliquis præventus est morte antequam natura ipsum ad perfectam quantitatem deduceret, vel quia forte aliquis mutilatus est membro, aliunde hoc divina supplebit potentia; nec tamen hoc impedit resurgentis corporis unitatem, quia etiam opere nature super id quod puer habet aliquid additur aliunde, ut ad perfectam perveniat quantitatem; nec talis additio facit alium numero; idem enim numero est homo et puer et adultus.

5° Ex quo etiam patet quod nec resur-

rectionis fidem impedire potest etiam si aliqui carnibus humanis vescantur, ut quinto objiciebatur. Non enim est necessarium, ut ostensum est, quod quidquid fuit in homine materialiter resurgat in eo; et iterum, si aliquid deest, suppleri potest per potentiam Dei. Caro igitur comesta resurget in eo in quo primo fuit anima rationalis perfecta. In secundo vero, si non solis carnibus humanis est pastus, sed et aliis cibis, resurgere poterit tantum de alio quod ei materialiter advenit quod erit necessarium ad debitam quantitatem corporis restaurandam; si vero solis humanis carnibus sit pastus, resurget in eo quod a generantibus traxit, et quod defuerit supplebitur omnipotentia Creatoris. Quod et si parentes ex solis humanis carnibus pasti fuerint, ut so-

blir la quantité voulue du corps ; mais s'il ne s'est nourri que de chair humaine, il ressuscitera en lui ce qu'il a reçu de ses parents, et la toute-puissance du Créateur suppléera à ce qui fera défaut. Dans le cas où les parents ne se seront nourris que de chair humaine, en sorte que leur sperme, qui est le superflu des aliments, soit le produit des chairs d'autrui, le sperme ressuscitera dans celui qui est né de ce sperme, et il y sera suppléé d'ailleurs dans celui dont les chairs auront été mangées. La raison de ceci, c'est qu'il sera observé dans la résurrection que, si une substance s'est trouvée matériellement dans plusieurs hommes, elle ressuscitera dans celui à la perfection duquel elle appartenait davantage. Par conséquent, si elle était dans celui-ci comme le sperme radical dont il a été engendré, et dans un autre comme un aliment surajouté, elle ressuscitera dans celui qui en a été engendré comme d'un sperme. Mais si cette substance était dans l'un comme appartenant à la perfection de l'individu, et dans l'autre comme assignée à la perfection de l'espèce, elle ressuscitera dans celui qui la possédait pour la perfection de l'individu ; d'où il suit que le sperme ressuscitera dans le fils, et non dans le père, et que la côte d'Adam ressuscitera dans Ève, et non dans Adam, en qui elle était comme dans un principe naturel. Que si la substance était dans les deux individus pour les perfectionner au même degré, elle ressuscitera dans celui qui l'a possédée le premier.

6° On voit dès maintenant, par ce qui précède, comment se résout la sixième objection. La résurrection est naturelle quant à sa fin, en tant qu'il est naturel à l'âme d'être unie au corps ; mais son principe actif n'est pas naturel, et elle n'a d'autre cause que la puissance divine.

et eorum semen, quod est superfluum alimenti, ex carnibus alienis generatum sit, resurget quidem semen in eo qui est natus ex semine, loco cujus ei cujus carnes o-mestæ sunt supplebitur aliunde. Hoc enim in resurrectione servabitur quod, si aliquid materialiter fuit in pluribus hominibus, resurget in eo ad cujus perfectionem magis pertinebat. Unde, si fuit in uno ut radicale semen ex quo est generatus, in alio vero sicut superveniens nutrimentum, resurget in eo qui est generatus ex hoc sicut ex semine. Si vero in uno fuit ut pertinens ad perfectionem individui, in alio autem ut deputatum ad perfectionem speciei, resur-

get in eo ad quem pertinebat secundum perfectionem individui ; unde semen resurget in genito et non in generante, et costa Adæ resurget in Eva, non in Adam, in quo fuit sicut in naturæ principio. Si autem secundum eundem perfectionis modum fuit in utroque, resurget in eo in quo primitus fuit.

6° Ad id vero quod sexto objectum est, ex his quæ dicta sunt jam patet solutio. Resurrectio enim quantum ad finem naturalis est, in quantum naturale est animæ esse corpori unitam ; sed principium ejus activum non est naturale, sed sola virtute divina causatur.

7° On ne peut pas nier que tous doivent ressusciter, bien que tous n'adhèrent pas à Jésus-Christ par la foi et ne participent pas à ses mystères. Le Fils de Dieu a pris la nature humaine pour la réparer. Ce qui constitue un défaut de nature sera donc réparé en tous ; et, par conséquent, tous reviendront de la mort à la vie ; mais ce défaut ne sera parfaitement réparé qu'en ceux qui auront adhéré à Jésus-Christ, ou par leur acte propre, en croyant en lui, ou du moins par le sacrement de la foi (3).

CHAPITRE LXXXII.

Les hommes ressusciteront immortels.

On voit clairement aussi d'après tout cela que, dans la résurrection future, les hommes ne ressusciteront pas de telle sorte qu'ils doivent mourir une seconde fois. En effet :

1° La nécessité de mourir est un défaut qui est passé dans la nature humaine par suite du péché. Or, par le mérite de sa Passion, Jésus-Christ a réparé les défauts de la nature que le péché a fait passer en elle ; car, comme dit l'Apôtre : *Il n'en est pas de la grâce comme du péché ; car si beaucoup sont morts par le péché d'un seul, la miséricorde et la grâce de Dieu se sont répandues bien plus abondamment sur plusieurs par la grâce d'un seul homme qui est Jésus-Christ* (Rom., v, 15). D'où nous concluons que le mérite de Jésus-Christ est plus efficace pour détruire la mort que le péché d'Adam ne l'a été pour l'introduire dans le monde. Donc ceux qui ressusciteront par le mérite de Jésus-Christ, une fois délivrés de la mort, ne subiront plus désormais la mort.

(3) C'est-à-dire, le sacrement du Baptême.

7° Nec etiam negandum est omnium resurrectionem esse futuram, quamvis non omnes per fidem Christo adhaereant nec ejus mysteriis sint imbuti. Filius enim Dei propter hoc naturam humanam assumpsit ut eam repararet. Id igitur quod est defectus naturæ in omnibus reparabitur ; unde omnes a morte redibunt ad vitam ; sed defectus perfecte non reparabitur nisi in illis qui Christo adheserunt, vel per proprium actum, credendo in ipsum, vel saltem per fidei sacramentum.

CAPUT LXXXII.

Quod homines resurgent immortales.

Ex quo etiam patet quod, in futura re-

surrectione, homines non sic resurgent ut sint iterum morituri.

1° Necessitas enim moriendi est defectus in naturam humanam ex peccato proveniens. Christus autem, merito suæ Passionis, naturæ defectus reparavit qui in ipsam ex peccato provenerunt ; ut enim dicit Apostolus : *Non sicut delictum, ita et donum ; si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit* (Rom., v, 15). Ex quo habetur quod efficacius est meritum Christi ad tollendum mortem quam peccatum Adæ ad inducendum. Illi igitur qui per meritum Christi resurgent, a morte liberati, mortem ulterius non patientur.

2° Ce qui doit durer toujours n'est pas détruit. Si donc les hommes qui ressusciteront doivent encore mourir de nouveau, en sorte que la mort dure perpétuellement, la mort de Jésus-Christ n'a détruit en aucune façon la mort. Or, elle est maintenant détruite dans sa cause, et le Seigneur l'avait prédit par le prophète Osée, en disant : *Je serai ta mort, ô mort* (Os., XIII, 14); et à la fin elle sera détruite en acte, d'après cette parole : *La mort, le dernier ennemi, sera détruite* (I. Cor., XV, 26). Nous devons donc croire, conformément à la foi de l'Église, que les hommes ressuscités ne mourront plus.

3° L'effet ressemble à sa cause. Or, nous avons dit que la résurrection de Jésus-Christ est la cause de la résurrection future (ch. 79); et Jésus-Christ est ressuscité de manière à ne plus mourir désormais, selon cette parole : *Jésus-Christ ressuscité d'entre les morts ne meurt plus* (Rom., VI, 9). Les hommes ressusciteront donc de manière à ne plus mourir désormais.

4° Si les hommes doivent encore mourir après leur résurrection, ils ressusciteront une seconde fois de cette seconde mort ou ils ne ressusciteront pas. S'ils ne ressuscitent pas, les âmes resteront perpétuellement séparées: nous avons vu que c'est un inconvénient (ch. 79), et pour l'éviter, nous disons que les hommes ressuscitent après la mort: ou bien, s'ils ne ressuscitent pas après la seconde mort, il n'y a aucune raison pour qu'ils ressuscitent après la première. S'ils doivent ressusciter de nouveau après la seconde mort, ils ressusciteront pour mourir encore ou pour ne plus mourir. Si c'est pour ne plus mourir, il faut dire, pour la même raison, qu'il en sera ainsi dès la première résurrection. Si c'est pour mourir encore, cette alternative de la vie et

2° Præterea, illud quod est in perpetuum duraturum non est destructum. Si igitur homines resurgentes adhuc iterum moriantur, ut sic mors in perpetuum duret, nullo modo mors per mortem Christi destructa est. Est autem destructa nunc quidem in causa, quod Dominus per Osæ prædixerat dicens: *Ego mors tua, o mors* (Osæ, XIII, 14); ultimo autem destruetur in actu, secundum illud: *Novissima inimica destruetur mors* (I. Cor., XV, 26). Est igitur secundum fidem Ecclesiæ hoc tenendum quod resurgentes non iterum moriantur.

3° Adhuc, Effectus similatur causæ. Resurrectio autem Christi causa est futuræ resurrectionis, ut dictum est (c. 79); sic autem resurrexit Christus ut non ulterius moreretur, secundum illud: *Christus resur-*

gens ex mortuis jam non moritur (Rom., VI, 9). Homines igitur sic resurgent ut ulterius non moriantur.

4° Amplius, Si homines resurgentes iterum moriantur, aut iterum ab illa morte iterato resurgent aut non. Si non resurgent, remanebunt perpetuo animæ separatæ, quod est inconveniens, ut supra (c. 79) dictum est, ad quod evitandum ponuntur post resurgere; vel, si post secundam mortem non resurgant, nulla erit causa quare post primam resurgant. Si autem post secundam mortem iterato resurgent, aut resurgent iterum morituri aut non. Si non iterum morituri, eadem ratione hoc erit ponendum et in prima resurrectione. Si vero iterum morituri, procedet in infinitum alternatio mortis et vitæ in eodem subjecto.

de la mort continuera à l'infini dans le même sujet, et cela semble répugner; car l'intention qu'a Dieu en ressuscitant les corps doit se porter vers quelque chose de déterminé, et la succession alternative de la vie et de la mort est une sorte de changement, qui ne saurait être une fin; car il est contraire à la nature du mouvement qu'il soit une fin, puisque tout mouvement tend à autre chose.

3° Alii vero dixerunt quod in resurrectione anime resument corpora, non quidem terrena, sed caelestia ; occasionem accipientes ex eo quod Apostolus dicit, de resurrectione loquens : *Et corpora caelestia, et corpora ter-*

Quibus omnibus suffragari videtur quod Apostolus dicit, quod *caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt* (Ibid., 50) ; et sic videtur quod corpora resurgentium non habebunt carnem et sanguinem, et, per consequens, nec aliquos humores.

Sed harum opinionum error manifeste apparet.

1° Nostra enim resurrectio conformis erit resurrectioni Christi, secundum illud Apostoli : *Reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae* (Philipp., III, 21). Christus autem post resurrectionem habuit corpus palpabile, ex carnibus et ossibus consistens, quia, ut dicitur, post resurrectionem discipulis dixit : *Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere* (Luo., xxiv

aussi en ressuscitant des corps palpables, composés de chairs et d'os.

2° L'âme est unie au corps comme la forme à la matière. Or, toute forme a une matière déterminée; car il doit y avoir une proportion entre l'acte et la puissance. Dès lors donc que l'âme est spécifiquement la même, on voit qu'elle doit avoir une matière spécifiquement identique. Donc le corps qui existait avant la résurrection existera après dans son identité spécifique, et ainsi il sera nécessairement composé de chairs et d'os et des autres parties analogues.

3° Puisqu'on fait entrer la matière dans la définition des êtres naturels, qui exprime l'essence de l'espèce, si la matière change quant à l'espèce, l'espèce de l'être naturel varie nécessairement. Or, l'homme est un être naturel. Si donc il n'a pas, après la résurrection, un corps composé de chairs et d'os et des autres parties analogues, comme il l'a maintenant, l'être qui ressuscitera ne sera pas de la même espèce, mais on ne l'appellera un homme que par équivoque.

4° La distance est plus grande de l'âme d'un homme à un corps d'une autre espèce qu'au corps humain d'un autre homme. Or, nous avons prouvé que l'âme ne peut pas s'unir en second lieu au corps d'un autre homme (liv. II, ch. 83). Donc elle pourra beaucoup moins encore s'unir à un corps d'espèce différente dans la résurrection.

5° Pour que l'homme ressuscite dans son identité numérique, il est nécessaire que ses parties essentielles soient numériquement les mêmes. Si donc le corps de l'homme ressuscité n'est pas composé des chairs et des os qui le composent maintenant, l'homme ressuscité ne sera pas numériquement le même.

39]. Ergo et alii homines resurgentes corpora palpabilia habebunt, ex carnibus et ossibus composita.

2° Adhuc, Anima unitur corpori sicut forma materię. Omnis autem forma habet determinatam materiam; oportet enim esse proportionem actus et potentię. Quum igitur anima sit eadem secundum speciem, videtur quod habeat eandem materiam secundum speciem. Erit ergo idem corpus secundum speciem post resurrectionem et ante; et sic oportet quod sit consistens ex carnibus et ossibus et aliis hujusmodi partibus.

3° Amplius, Quum in diffinitione rerum naturalium, que significat essentialiam speciei, ponatur materia, necessarium est quod, variata materia secundum speciem, variatur species rei naturalis. Homo autem res naturalis est. Si igitur post resurrectio-

nem non habebit corpus consistens ex carnibus et ossibus et hujusmodi partibus, sicut nunc habet, non erit qui resurget ejusdem speciei, sed dicetur homo tantum sequivoce.

4° Item, Magis distat ab anima unius hominis corpus alterius speciei quam corpus humanum alterius hominis. Sed anima non potest iterato uniri corpori alterius hominis, ut ostensum est (I. II, c. 83). Multo igitur minus poterit in resurrectione uniri corpori alterius speciei.

5° Præterea, Ad hoc quod homo idem numero resurgat, necessarium est quod partes ejus essentielles sint eadem numero. Si igitur corpus hominis resurgentis non erit ex his carnibus et his ossibus ex quibus nunc componitur, non erit homo resurgens idem numero.

Has autem omnes falsas opiniones me-

Job repousse très clairement toutes ces fausses opinions, en disant : *Je serai de nouveau revêtu de ma peau, et je verrai mon Dieu dans ma chair ; je le verrai moi-même...*, et ce ne sera pas un autre (Job, XIX, 26 et 27).

Chacune des opinions précédentes a ses propres inconvénients.

Il répugne absolument de dire que le corps passera à l'état d'esprit.

Car :

1° Les êtres qui ont une matière commune peuvent seuls se changer réciproquement l'un en l'autre. Or, les esprits et les corps ne sauraient avoir une matière commune, puisque les substances spirituelles sont complètement immatérielles, comme nous l'avons démontré (liv. II, ch. 49 et 50). Il est donc impossible que le corps humain passe à l'état de substance spirituelle.

2° Si le corps humain passe à l'état de substance spirituelle, il sera changé en cette même substance spirituelle qui est l'âme, ou en quelque autre. Si c'est en l'âme elle-même, il n'y aura qu'une âme dans l'homme après la résurrection, tout comme avant la résurrection. La résurrection ne changera donc pas la condition de l'homme. S'il est changé en une autre substance spirituelle, il s'ensuivra qu'un seul être sera composé de deux substances spirituelles dans une nature; ce qui est absolument impossible, parce que toute substance spirituelle subsiste par elle-même.

Il est également impossible que le corps de l'homme ressuscité soit comme aérien et ressemble au vent. En effet :

1° Le corps de l'homme et de tout animal a nécessairement une figure déterminée dans son tout et dans ses parties. Or, un corps qui

nifestissime Job excludit, dicens : *Rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum quem visurus sum ego ipse...*, et non alius (Job., XIX, 26 et 27).

Habent autem et singulæ prædictarum opinionum propria inconvenientia.

Ponere enim corpus transire in spiritum est omnino impossibile.

1° Non enim transeunt invicem nisi quæ in materia communicant. Spiritualium autem et corporalium non potest esse communicatio in materia, quum substantiæ spirituales sint omnino immateriales, ut ostensum est (I. II, c. 49 et 50). Impossibile est igitur quod corpus humanum transeat in substantiam spiritualem.

2° Item, Si transeat in substantiam spiritualem corpus humanum, aut transibit

in ipsam spiritualem substantiam quæ est anima, aut in aliquam aliam. Si in ipsam, tunc post resurrectionem non esset in homine nisi anima, sicut et ante resurrectionem; non igitur immutaretur conditio hominis per resurrectionem. Si autem transibit in aliam substantiam spiritualem, sequetur quod ex duabus substantiis spiritualibus efficietur aliquid unum in natura; quod est omnino impossibile, quia qualibet substantia spiritualis est per se subsistens.

Similiter etiam impossibile est quod corpus hominis resurgentis sit quasi æreum et ventis simile.

1° Oportet enim corpus hominis et cujuslibet animalis habere determinatam figuram in toto et in partibus. Corpus autem habens determinatam figuram oportet

a une figure déterminée doit pouvoir trouver un terme en lui-même, puisque la figure est ce qui est compris dans un ou plusieurs termes; et l'air ne peut pas trouver un terme en lui-même, mais il est seulement terminé par un terme étranger. Il n'est donc pas possible que le corps de l'homme ressuscité soit aérien ou ressemble au vent;

¶ Le corps de l'homme ressuscité devra avoir la faculté de toucher, parce qu'il n'est point d'animal sans tact; et l'être qui ressuscitera sera nécessairement un animal, s'il est homme. Or, un corps aérien ne peut avoir la faculté de toucher, non plus qu'un corps simple quelconque, puisque le corps au moyen duquel le tact s'exerce doit être un milieu entre les qualités tangibles, de manière à être, en quelque sorte, en puissance relativement à ces qualités, comme le Philosophe le prouve (1). Il est donc impossible que le corps de l'homme ressuscité soit aérien et semblable aux vents.

Il ressort encore de là qu'il ne pourra pas être un corps céleste. Car :

1° Le corps de l'homme, comme celui de tout animal, doit être susceptible des qualités tangibles, ainsi que nous l'avons déjà dit. Or, cela ne peut convenir à un corps céleste, parce qu'il n'est ni chaud, ni froid, ni humide, ni sec, ni rien de semblable en acte ou en puissance.

(1) Necesse est ipsum corpus copulatum medium esse inter instrumentum ipsius tactus et res ipsas tangibiles, per quod fiunt ipsi sensus.... Nam sensibilia cuncta per medium sentiuntur.... Omnino autem ut aer et aqua sese habent ad visum et auditum atque olfactum, sic caro ac lingua sese ad hujus instrumentum sensus habere videntur. Atque nec ibi profecto, nec hic perceptio sensus fiet, quam instrumentum sensus a re sensibili tangitur; ut si quispiam super extremum oculi corpus posuerit album. Ex quo etiam plane patet instrumentum sensus ipsius quo res percipiuntur tangibiles intus esse collocatum....; sensibillum enim, si in ipsis instrumentis ponantur sensuum, non fit, ut patet, perceptio; at si super carnem ponatur tangibile, fit, ut docet experientia, sensus. Quare sine dubio ipsa caro medium est in tactu. Atqui eo tacta percipiuntur que corpora sunt, etc. (Arist., *De anima*, II, c. 11, ad medium).

quod sit in se terminabile, quia figura est que termino vel terminis comprehenditur; aer autem non est in se terminabilis, sed solum termino aliene terminatur. Non est ergo possibile quod corpus hominis resurgens sit aereum vel ventis simile.

2° Præterea, Corpus hominis resurgens oportet esse tactivum, quia sine tactu nullum est animal; oportet autem ut resurgens sit animal, si sit homo. Corpus autem aereum non potest esse tactivum, sicut nec aliquid corpus simplex, quum oporteat corpus per quod fit tactus esse medium in-

ter qualitates tangibiles, ut sit quodammodo in potentia ad eas, ut Philosophus probat in secundo libro de anima (c. 11). Impossibile est igitur quod corpus hominis resurgens sit aereum et simile ventis.

Ex quo etiam apparet quod non potest esse corpus celeste.

1° Oportet enim corpus hominis et ejuslibet animalis esse susceptivum tangibilium qualitatum, ut jam dictum est. Hoc autem corpori celesti non potest convenire, quia non est neque calidum, neque frigidum, neque humidum, neque siccum, neque

comme Aristote l'établit dans le premier livre *du Ciel* (2). Donc le corps de l'homme ressuscité ne sera pas un corps céleste.

1° Les corps célestes sont incorruptibles, et, par conséquent, aucun changement ne peut les faire sortir de leur disposition naturelle. Or, ils doivent naturellement avoir la figure sphérique, comme Aristote le démontre dans le second livre *du Ciel et du Monde* (3). Il ne peut donc se faire qu'ils reçoivent la figure que doit naturellement avoir le corps humain. Il est donc impossible que les corps des hommes ressuscités soient de la nature des corps célestes.

CHAPITRE LXXXV.

Les corps des hommes ressuscités seront dans une autre disposition qu'au paravant.

Quoique les corps des hommes ressuscités doivent être de la même espèce dont sont maintenant nos corps, ils auront cependant une autre disposition, qui consistera, premièrement, en ce que tous les corps des hommes ressuscités, tant bons que mauvais, seront incorruptibles; et il en sera ainsi pour trois raisons.

(2) Aristote, dans le premier livre de son *Traité Du Ciel* (c. 2 et 3), raisonne assez longuement pour prouver que, outre les quatre corps simples, ou éléments, auxquels il attribue le mouvement en ligne droite, il existe un autre corps simple supérieur à ceux-là, et qui, en vertu de sa nature, se meut circulairement. Il ajoute que ce corps simple plus parfait n'est ni pesant, ni léger; qu'il n'a pas été produit; qu'il est incorruptible et n'admet pas d'accroissement, ni de diminution, ni une altération quelconque. — Ailleurs il dit encore: De calore genito, quem sol præstare solet, magis quidem per se et exacte convenit in commentario de sensu dicere; nam calor affectio quædam sensus existit. Sed quam ob causam oriatur calor, quum corpora illa cœlestia haudquaquam ejusmodi snapte natura sint, dicendum nunc quoque. Videmus itaque motum posse aerem segregare atque incendere in tantum, ut sæpius et quæ motu cidentur liquefieri videantur etc. (*Meteorologicorum*, I, c. 4).

(3) Figuram cœli rotundam habere necesse est; hæc enim est accommodatissima substantiæ ipsius, et natura etiam prima. Dicamus autem universaliter quænam et in

aliquid hujusmodi, vel actu vel potentia, ut probatur in primo de Cœlo (c. 2 et 3). Corpus igitur hominis resurgentiis non erit corpus cœleste.

2° Adhuc, Corpora cœlestia sunt incorruptibilia; et ita transmutari non possunt a sua naturali dispositione. Naturaliter autem eis debetur figura spherica, ut probatur in secundo de Cœlo et Mundo (c. 4). Non est igitur possibile quod accipiant figuram quæ naturaliter humano corpori debetur. Impossibile est igitur quod corpora

resurgentium sint de natura cœlestium corporum.

CAPUT LXXXV.

Quod corpora resurgentium erunt alterius dispositionis quam ante.

Quamvis autem corpora resurgentium sint futura ejusdem speciei cujus nunc sunt corpora nostra, tamen aliam dispositionem habebunt, et primo quidem, quantum ad

La première se tire de la fin de la résurrection. Les méchants, et effet, aussi bien que les bons, ressusciteront pour recevoir, même dans leurs propres corps, la récompense ou le châtement des actions qu'ils auront faites tandis qu'ils vivaient dans un corps. Or, la récompense des bons, qui est la félicité, sera éternelle ; de même, une peine éternelle est due au péché mortel ; et ces deux points ressortent clairement de ce que nous avons établi (liv. III, ch. 62 et 144). Il faut donc que des deux côtés on reçoive un corps incorruptible.

On peut tirer une autre raison de la cause formelle de la résurrection, qui est l'âme. Nous avons dit plus haut que, pour que l'âme ne reste pas éternellement séparée du corps, elle prendra de nouveau ce corps après la résurrection (ch. 79). Puis donc qu'il sera pourvu à la perfection de l'âme en ce qu'elle recevra un corps, il conviendra que le corps soit dans une disposition conforme à celle de l'âme. Or, l'âme est incorruptible. Par conséquent, il lui sera rendu un corps incorruptible.

La troisième raison peut se prendre dans la cause active de la résurrection. Dieu, qui restaurera pour la vie des corps déjà corrompus.

planis, et in solidis figura sit prima. Omnis itaque figura plana aut a rectis lineis, aut a circumferentia continetur ; et illa quidem a pluribus, hæc ab una linea solum. Quæ unum igitur in unoquoque genere prius sit multis natura, compositoque simplex, figurarum planarum profecto circulus erit prima. Præterea, si perfectum id est extra quod nihil eorum quæ sunt ipsius accipi potest, quemadmodum prius est definitum, et linea quidem rectæ semper additio fieri potest, lineæ vero circulari nunquam, patet perfectæ eam lineam esse quæ ipsum circulum continet. Quare, si perfectum prius est imperfectum ob hæc et circulus prima erit figura ; sola namque ab una superficie continetur ; rectorum vero linearum figuræ a pluribus continentur. Ut enim in planis circulus sese habet, sic in solidis sphaera.... Quum autem prima figura primi sit corporis, primum vero corpus id sit quod est ultima in conversione, rotandum id erit sane quod fertur conversione.... Quare si cælum convertitur, celerrimeque movetur, rotandum ipsum esse necesse est (Arist., *De celo*, II, c. 4, passim).

hoc quod omnia resurgentium corpora, tam bonorum quam malorum, incorruptibilia erunt ; cujus quidem ratio triplex est.

Una quidem sumitur ex fine resurrectionis. Ad hoc enim resurgent tam boni quam mali ut etiam in propriis corporibus præmium consequantur vel pœnam pro his quæ gesserant dum vixerunt in corpore. Præmium autem bonorum, quod est felicitas, erit perpetuum ; similiter etiam peccato mortali debetur pœna perpetua ; quorum utrumque patet ex his quæ determinata sunt (l. III, c. 62 et 144). Oportet igitur quod utrinque corpus incorruptibile recipiatur.

Alia ratio potest sumi a causa formæ resurgentium, quæ est anima. Dictum est enim supra (c. 79) quod, ne anima in perpetuum remaneat a corpore separata, iterato per resurrectionem corpus resumet. Quia igitur in hoc perfectioni animæ providetur quod corpus recipiat, conveniens est ut corpus secundum quod competit animæ disponatur. Est autem anima incorruptibilis. Unde et corpus ei incorruptibile redetur.

Tertia vero ratio sumi potest ex causa activa resurrectionis. Deus enim, qui corpora jam corrupta reparabit ad vitam multo fortius hoc corporibus præstare po-

pourra, à bien plus forte raison, donner à ces corps de conserver toujours la vie qu'ils auront recouvrée; et la preuve en est que, quand il l'a voulu, il a protégé contre les atteintes de la corruption même des corps corruptibles: par exemple, les corps des trois enfants dans la fournaise.

Il faut donc se faire de l'incorruptibilité de l'état futur cette idée, que la puissance divine rendra incorruptible ce corps qui est maintenant corruptible, eu sorte que l'âme le dominera parfaitement, afin de le vivifier, et aucun autre être ne pourra empêcher cette communication de la vie; ce qui fait dire à l'Apôtre: *Il faut que ce corps corruptible révèle l'incorruptibilité, et que ce corps mortel révèle l'immortalité* (I. Cor., xv, 53). L'homme ressuscité ne sera donc pas immortel parce qu'il reprendra un autre corps incorruptible, comme l'ont affirmé les opinions précédentes, mais parce que ce même corps, qui est maintenant corruptible, deviendra incorruptible. Ainsi donc, on doit entendre cette parole de l'Apôtre: *La chair et le sang ne peuvent posséder le royaume de Dieu* (Ibid., 50), en ce sens que, dans l'état de la résurrection, la corruption de la chair et du sang sera détruite, bien que la substance de la chair et du sang demeure; c'est pourquoi il ajoute: *Et la corruption ne jouira pas de l'incorruptibilité* (Ibid.).

CHAPITRE LXXXVI.

De la qualité des corps glorifiés.

Quoique, par le mérite de Jésus-Christ, le défaut de la nature disparaisse, dans la résurrection, généralement chez tous les hommes, tant

terit ut recuperata vita in eis perpetuo conservetur; in cuius rei exemplum etiam corpora corruptibilia, quum voluit, a corruptione servavit illæsa, sicut corpora trium puerorum in fornace.

Sic igitur intelligenda est incorruptibilitas futuri status, quia hoc corpus quod nunc corruptibile est incorruptibile divina virtute reddetur, ita quod anima in ipsum perfecte dominabitur quantum ad hoc quod ipsum vivificet, nec talis communicatio vite a quocumque alio poterit impediri; unde et Apostolus dicit: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* (I. Cor., xv, 53). Non igitur per hoc homo resurgens immortalis erit quod aliud corpus incorruptibile resumat, ut prædictæ opiniones posuerunt,

sed quia hoc ipsum quod nunc est corruptibile incorruptibile fiet. Sic igitur intelligendum est quod Apostolus dicit: *Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt* (Ibid., 50), quod in statu resurgentium corruptio tolletur carnis et sanguinis, substantia tamen carnis et sanguinis remanente; unde subiungit: *Neque corruptio incorruptelam possidebit* (Ibid.).

CAPUT LXXXVI.

De qualitate corporum glorificatorum.

Quamvis autem, merito Christi, defectus naturæ in resurrectione tollatur ab omnibus commaniter, tam bonis quam malis, rema-

bons que mauvais, il restera cependant une différence entre les bon et les méchants pour ce qui convient personnellement à chaque catégorie. Or, il entre dans la raison constitutive de la nature que l'âme humaine soit la forme du corps, le vivifiant et lui conservant l'existence ; mais, par les actes personnels, l'âme mérite d'être élevée à la gloire de la vision divine, ou bien d'être exclue de l'ordre de cette gloire à cause de la faute. Le corps de tous les hommes en général sera donc mis dans la disposition qui convient à l'âme, de telle sorte que la forme incorruptible confère au corps un être incorruptible, notwithstanding sa composition d'éléments contraires, parce que, par la puissance divine, la matière du corps humain sera parfaitement soumise à l'âme humaine à cet égard ; mais, en vertu de la clarté et de la puissance de l'âme élevés à la vision divine, le corps qui lui est uni acquerra quelque chose de plus. En effet :

1° Par l'opération de la puissance divine, il sera complètement assujéti à l'âme, non-seulement quant à l'être, mais encore quant aux actions faites et reçues, aux mouvements et aux qualités corporelles. De même donc que l'âme jouissant de la vision divine sera remplie d'une sorte de clarté spirituelle, ainsi, par une sorte de réflexion de l'âme sur le corps, le corps lui-même sera revêtu à sa manière de la clarté de la gloire. De là ce que dit l'Apôtre : *Le corps est semé dans l'ignominie, il ressuscitera dans la gloire* (I. Cor., xv, 43), parce que notre corps est maintenant obscur, et alors il sera lumineux, selon cette parole : *Les justes brilleront comme le soleil dans le royaume de leur Père* (Matth., xiii, 43).

2° L'âme qui jouira de la vision divine, étant unie à sa fin dernière.

nebit tamen differentia inter bonos et malos quantum ad ea que personaliter utrisque conveniunt. Est autem de ratione nature quod anima humana sit corporis forma, ipsum vivificans et in esse conservans ; sed ex personalibus actibus meretur anima in gloriam divine visionis elevari, vel ab ordine hujusmodi glorie propter culpam excludi. Disponetur igitur corpus communi-ter omnium secundum convenientiam anime, ut scilicet forma incorruptibilis esse incorruptibile corpori tribuat, contrariorum compositione non obstante, eo quod materia corporis humani, divina virtute, anime humane quantum ad hoc subicietur omnino ; sed, ex claritate et virtute anime ad divinam visionem elevatas, corpus sibi unitum aliquid amplius consequetur.

1° Erit enim totaliter subiectum anime divina virtute hoc faciente, non solum quantum ad esse, sed etiam quantum ad actiones et passionem, et motus, et corporeas qualitates. Sicut igitur anima divina visio fruetur quadam spiritali claritate replebitur, ita, per quamdam redundantiam ex anime in corpus, ipsum corpus suo modo claritas gloria induetur ; unde dicit Apostolus : *Se-minatur corpus in ignobilitate, surgit in gloria* (I. Cor., xv, 43) ; quia corpus nostrum nunc est opacum, tunc autem erit clarum, secundum illud : *Iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum* (Matth., xiii, 43).

2° Anima etiam que divina visione fruetur, ultimo fini conjuncta, in omnibus experietur suum desiderium adimpletum ; et, quia ex desiderio anima movetur corpus.

verra son désir comblé en toutes choses; et comme le corps se meut par suite du désir de l'âme, il s'engendrera que le corps obéira absolument au mouvement de l'esprit; par conséquent, les corps des bienheureux ressuscités seront agiles; et c'est ce que dit l'Apôtre au même lieu: *Il est sorti dans la faiblesse, il ressuscitera dans la force* (I. Cor., xv, 43). Nous éprouvons, en effet, que le corps est faible, parce que nous le trouvons impuissant à satisfaire au désir de l'âme dans les mouvements et les actions que l'âme commande, et cette faiblesse disparaîtra alors entièrement, parce que la force rejailira de l'âme unie à Dieu sur le corps. C'est pour cela qu'il est dit encore des justes qu'ils courent comme des étincelles dans un lieu planté de roseaux (Sag., iii, 7); non pas qu'ils se meuvent par nécessité, puisque rien ne manque à ceux qui possèdent Dieu, mais pour faire paraître leur force.

3^e Si le désir de l'âme qui jouira de Dieu doit être comblé quant à la possession de tout bien, son désir sera également satisfait quant à l'éloignement de tout mal, parce que le souverain bien ne laisse plus de place pour aucun mal. Le corps perfectionné par l'âme sera donc, proportionnellement à l'âme, garanti de tout mal, et quant à l'acte, et quant à la puissance: quant à l'acte, parce qu'il n'y aura dans ces corps aucune corruption, aucune difformité, aucun défaut; quant à la puissance, parce qu'ils ne pourront rien souffrir qui leur soit fâcheux, et, par là même, ils seront impassibles; toutefois, cette impassibilité n'exclut pas les passions qui sont dans la raison constitutive des sens; car ils useront des sens pour se délecter dans les choses qui ne répugnent pas à la condition de l'incorruptibilité. C'est donc pour nous in-

consequens erit quod corpus omnino spiritui ad motum obediens; unde corpora resurgentium beatorum futura erunt agilia; et hoc est quod Apostolus dicit ibidem: *Seminatur in infirmitate, surgit in virtute* (I. Cor., xv, 43). Infirmittatem enim experimur in corpore, quia invalidum investitur ad satisfaciendum desiderio anime in motibus et actionibus quas anima imperat; que infirmitas totaliter tunc tollitur, virtute redundante in corpus ex anima Deo conjuncta; propter quod etiam dicitur de justis quod *tanquam scissilæ in arundinetis discurrent* (Sap., iii, 7); non quod motus sit in eis propter necessitatem, quum nullo indigeant qui Deum habent, sed ad virtutis demonstrationem.

3^e Sicut autem anima Deo frenata habe-

bit desiderium adimpletum quantum ad omnia boni adeptionem, ita etiam ejus desiderium impletum erit quantum ad remotionem omnis mali, quia cum summo bono locum non habet aliquid malum. Et corpus igitur perfectum per animam proportionaliter anime immane erit ab omni malo, et quantum ad actum, et quantum ad potentiam: quantum ad actum quidem, quia nulla in eis erit corruptio, nulla deformitas, nullus defectus; quantum ad potentiam vero, quia non poterant aliquid pati quod eis sit molestum, et propter hoc impassibilia erant; que tamen impassibilitas non excludit ab eis passionem que est de ratione sensus; utentur enim sensibus ad delectationem secundum illa que statui incorruptionis non repugnant. Ad hæc igitur eorum impassi-

diquer leur impassibilité que l'Apôtre dit : *Il est semé dans la corruption. il ressuscitera dans l'incorruptibilité* (I. Cor., xv, 42).

4° L'âme qui jouira de Dieu s'attachera très parfaitement à lui, et participera à sa bonté au plus haut degré dont elle est capable. Ainsi donc, le corps sera aussi parfaitement soumis à l'âme, et il participera autant que possible à ses propriétés dans la finesse des sens, dans l'état réglé de l'appétit corporel et dans toutes sortes de perfections naturelles ; car la nature d'un être est d'autant plus parfaite que sa matière est plus parfaitement soumise à la forme ; et l'Apôtre dit pour cela : *Il est semé corps animal, et il ressuscitera corps spirituel* (I. Cor., xv, 44). Le corps de l'homme ressuscité sera spirituel, non pas parce qu'il deviendra esprit, comme quelques-uns l'ont mal compris, (que l'on entende par esprit une substance spirituelle, ou bien l'air ou le vent), mais parce qu'il sera entièrement assujéti à l'esprit ; de même qu'on l'appelle maintenant corps animal, non pas parce qu'il est un animal, mais parce qu'il est sujet aux passions animales et qu'il a besoin de nourriture.

On voit donc par ce qui précède que, comme l'âme de l'homme sera élevée à la gloire des esprits célestes, pour voir Dieu par son essence, selon que nous l'avons prouvé (liv. III, ch. 51), ainsi son corps sera élevé jusqu'aux propriétés des corps célestes, en tant qu'il sera lumineux, impassible, se mouvant sans difficulté et sans peine, et recevant de sa forme le plus haut degré de perfection. C'est là ce qui fait dire à l'Apôtre que les corps des hommes ressuscités seront célestes, non par leur nature, mais par leur gloire. Aussi, après avoir dit qu'il y a des corps célestes et des corps terrestres, il ajoute que *autre est la gloire des*

bilitatem ostendendam Apostolus dicit : *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione* (I. Cor., xv, 42).

4° Rursus, Anima Deo fruens ipsi perfectissime adhærebit et ejus bonitatem participabit in summo secundum modum suum. Sic igitur et cœrpus perfecte subdetur animæ et ejus proprietates participabit quantum possibile est in perspicuitate sensuum, in ordinatione corporei appetitus et in omnimoda perfectione naturæ ; tanto enim aliquid perfectius est in natura quanto ejus materia perfectius subditur formæ ; et propter hoc dicit Apostolus : *Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale* (I. Cor., xv, 44). Spirituale quidem corpus resurgens erit, non quia sit spiritus, ut quidam male intellexerunt, sive per spiri-

tum intelligatur spiritualis substantia, sive aer aut ventus, sed quia erit omnino subiectum spiritui ; sicut et nunc dicitur corpus animale, non quia sit animal, sed quia animalibus passionibus subiacet et alimoniam indiget.

Patet igitur ex prædictis quod, sicut anima hominis elevabitur ad gloriam spirituum cœlestium, ut Deum per essentiam videat, sicut est ostensum (I. III, c. 51), ita ejus corpus sublimabitur ad proprietates cœlestium corporum, in quantum erit clarum, impassibile, absque difficultate et labore mobile, et perfectissime sua forma perfectum ; et sic propter hoc Apostolus dicit resurgentium corpora esse cœlestia, non quantum ad naturam, sed quantum ad gloriam. Unde, quum dixisset quod sunt cœ-

corps célestes, et autre celle des corps terrestres (I. Cor., xv, 40). Mais, de même que la gloire à laquelle est élevée l'âme humaine excède la puissance naturelle des esprits célestes, comme nous l'avons démontré (liv. III, ch. 53), de même la gloire des corps ressuscités surpasse la perfection naturelle des corps célestes, en sorte qu'ils ont un éclat plus vif, une impassibilité mieux assurée, une agilité plus grande, et une nature plus accomplie en dignité.

CHAPITRE LXXXVII.

Du lieu des corps glorifiés.

Puisque le lieu doit être proportionné au corps qui l'occupe, dès lors que les corps des hommes ressuscités acquerront la propriété des corps célestes, il résulte de là qu'ils auront place jusque dans le ciel, et plutôt même au-dessus de tous les cieux, afin d'être avec Jésus-Christ, dont la puissance les fera parvenir à cette gloire, et de qui l'Apôtre dit : *Qui est monté au-dessus de tous les cieux, afin de tout remplir* (Ephés., iv, 10).

Il semble futile d'argumenter contre cette promesse divine d'après la position naturelle des éléments, comme s'il était impossible qu'étant terrestre et occupant le lieu le plus bas, à raison de sa nature, le corps de l'homme soit élevé au-dessus des éléments non pesants. En effet, c'est manifestement par la puissance de l'âme que le corps perfectionné par l'âme ne cède point aux inclinations des éléments; car, tant que nous vivons, l'âme maintient la consistance du corps par sa puissance,

pora caelestia et sunt terrestria corpora, subjungit quod alia est caelestium gloria, alia terrestrium (I. Cor., xv, 40). Sicut autem gloria in quam humana anima sublevatur excedit naturalem virtutem caelestium spirituum, ut ostensum est (I. III, c. 53), ita gloria resurgentium corporum excedit naturalem perfectionem caelestium corporum, ut sit major claritas, impassibilitas firmiter, agilitas et dignitas naturæ perfectior.

CAPUT LXXXVII.

De loco corporum glorificationum.

Quia vero locus debet proportionari locato, consequens est quod, quum corpora resurgentium proprietatem caelestium cor-

porum consequantur, etiam in cœlis locum habeant, vel magis super omnes cœlos, ut simul cum Christo sint, cujus virtute ad hanc gloriam perducentur; de quo dicit Apostolus : *Qui ascendit super omnes cœlos, ut impletet omnia* (Ephes., iv, 10).

Frivolum autem videtur contra hanc divinam promissionem ex naturali elementorum positione argumentari, quasi impossibile sit corpus hominis, quum sit terrenum et secundum suam naturam infimum locum habens, supra elementa leviter elevari. Manifestum est enim quod ex virtute animæ est quod corpus ab anima perfectum elementorum inclinationes non sequatur. Ipsa enim anima sua virtute etiam continet corpus quamdiu vivimus, ne ex contrarietate elementorum dissolvatur; et virtute etiam animæ motiva corpus in altum elevatur, et

pour empêcher qu'il ne se dissolve par suite de la contrariété des éléments; c'est également par la puissance motrice de l'âme que le corps s'élève en haut, et cela d'autant plus que cette puissance motrice est plus forte. Or, il est évident que, quand l'âme sera unie à Dieu par la vision, sa puissance sera à son entier développement. Il ne doit donc pas paraître difficile d'admettre que la puissance de l'âme mettra alors le corps à l'abri de toute corruption et l'élèvera au-dessus de tout corps.

Il ne résulte non plus aucune impossibilité pour la promesse divine de ce que les corps célestes ne peuvent être divisés, pour que les corps glorieux soient élevés sur eux, parce que la puissance divine fera que les corps glorieux pourront se trouver simultanément avec les autres corps; et la preuve en a déjà été donnée dans le corps de Jésus-Christ, lorsqu'il entra près de ses disciples les portes étant fermées.

CHAPITRE LXXXVIII.

Du sexe et de l'âge des ressuscités.

Il ne faut pas croire, toutefois, que le sexe féminin n'existera plus dans les corps ressuscités, comme quelques-uns l'ont pensé, parce que, comme les défauts de la nature doivent être réparés par la résurrection, rien de ce qui entre dans la perfection de la nature ne sera détruit dans les corps de ceux qui ressusciteront. Or, chez l'homme et la femme, les organes de la génération appartiennent à l'intégrité du corps humain, aussi bien que les autres membres du corps. Donc ces organes ressusciteront dans les deux sexes.

tante amplius quanta virtus motiva fortior fuerit. Manifestum est autem quod tunc anima perfectæ virtutis erit quando Deo per visionem conjungetur. Non igitur debet grave videri si tunc, virtute animæ, corpus et ab omni corruptione servetur immune et supra quascumque corpora elevetur.

Neque etiam huius promissioni divinæ impossibilitatem affert quod corpora celestia frangi non possunt, ut super ea gloriosa corpora sublevantur, quia a virtute divinæ hoc fiet ut gloriosa corpora simul cum aliis corporibus esse possint; cuius rei indicium in corpore Christi processit, dum ad discipulos januis clavis intravit.

CAPUT LXXXVIII.

De sexu et ætate resurgentium.

Non est tamen æstimandum quod in corporibus resurgentium desit sexus femininus, ut aliqui putaverunt; quia, quum per resurrectionem sint reparandi defectus nature, nihil eorum quæ ad perfectionem nature pertinent a corporibus resurgentium auferetur. Sicut autem alia corporis membra ad integritatem humani corporis pertinent, ita et ea quæ generationi deserviunt, tam in masculis quam in feminis. Resurgent ergo membra hujusmodi in utroque.

Quoique l'on ne doive plus faire usage de ces organes, comme nous l'avons établi (ch. 83), cela n'empêche nullement qu'il en soit ainsi, parce que, si c'est pour cette cause que les hommes ressuscités manqueront de ces organes, ils n'auront plus, pour la même raison, aucun des organes qui servent à la nutrition, puisqu'on n'usera pas non plus d'aliments après la résurrection. Ainsi donc une grande partie des membres feraient défaut au corps de l'homme ressuscité. Bien que l'usage de ces organes ait cessé, ils existeront donc tous pour rétablir l'intégrité du corps naturel; et, par conséquent, ils n'existeront pas inutilement.

De même, la faiblesse du sexe féminin ne s'oppose pas à la perfection des personnes de ce sexe qui ressusciteront; car cette faiblesse ne vient pas de ce que ce sexe sort de l'ordre de la nature, mais la nature l'a en vue; et même la distinction qu'établit la nature en toutes choses sera une preuve de la perfection de la nature et fera ressortir la Sagesse divine, qui dispose tout dans un certain ordre.

Nous ne sommes pas non plus forcés d'admettre cette opinion par ces paroles que prononce l'Apôtre : *Jusqu'à ce que nous accouissions tous à l'unité de la foi et de la connaissance du Fils de Dieu, à la condition de l'homme parfait, à la mesure de l'âge où Jésus-Christ est dans sa plénitude* (Ephés., iv, 13); car il ne s'est pas exprimé ainsi parce que quiconque prendra part à cette course par laquelle les ressuscités iront au-devant de Jésus-Christ dans les airs aura le sexe viril, mais il voulait indiquer la perfection et la force de l'Église. L'Église tout entière, en effet, sera comme un homme parfait qui va à la rencontre de Jésus-Christ, ainsi qu'on le voit par ce qui précède et par ce qui suit. Or, il faut que tous ressuscitent dans l'âge de Jésus-Christ, qui est l'âge de la jeunesse, à

Neque tamen huic obviat quod usus horum membrorum non erit, ut supra (c. 83) ostensum est; quia, si propter hoc membra in resurgentibus non erunt, pari ratione nec omnia membra quæ nutrimento deserviunt in resurgentibus essent, quia nec ciborum usus post resurrectionem erit. Sic igitur magna pars membrorum corpori resurgentis deesse. Erunt igitur omnia membra hujusmodi, quamvis eorum usus non sit, ad integritatem naturalis corporis restituendam; unde frustra non erunt.

Similiter etiam nec infirmitas femineæ sexus perfectioni resurgentium obviat. Non enim est infirmitas per recessum a natura, sed a natura intenta; et ipsa etiam naturæ distinctio in omnibus perfectionem naturæ

demonstrabit et divinam Sapientiam omnium quodam ordine disponentem commendabit.

Nec etiam cogit ad hoc verbum Apostoli quod dicit: *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, ad vitam perfectam, in mensuram ætatis plenitudinis Christi* (Ephes., iv, 13). Non enim hoc ideo dictum est quod quilibet in illo occurru quo resurgentes exhibent obviam Christo in æra sit sexum virilem habiturus, sed ad designandam perfectionem Ecclesiæ et virtutem. Tota enim Ecclesia erit quasi vir perfectus Christo occurrens, ut ex præcedentibus et sequentibus patet. In ætate autem Christi, quæ est ætas juvenilis, oportet omnes resurgere, propter perfectionem naturæ quæ

cause de la perfection de la nature, qui ne se trouve que dans cet âge, car l'âge de l'enfance n'a pas encore atteint la perfection de la nature par l'accroissement, et l'âge de la vieillesse s'en est déjà éloigné par le décroissement.

CHAPITRE LXXXIX.

De la qualité des corps ressuscités chez les damnés.

Nous pouvons raisonnablement examiner d'après cela quelle sera la condition des corps ressuscités chez ceux qui seront damnés.

Ces corps doivent être proportionnés aux âmes damnées. Or, les âmes des méchants ont une bonne nature, puisqu'elle a été créée par Dieu ; mais elles auront une volonté dérégulée et qui se détournera de sa fin propre. Leurs corps seront donc rétablis dans leur intégrité, pour ce qui appartient à la nature, parce qu'ils ressusciteront dans l'âge parfait, sans que rien soit retranché des membres et sans aucun défaut ou corruption que l'erreur de la nature ou la maladie y a introduit. C'est pourquoi l'Apôtre dit : *Les morts ressusciteront incorruptibles* (I. Cor., xv, 52); ce qui doit s'entendre évidemment de tous, tant des méchants que des bons, d'après ce qui précède et suit dans le texte (1). Mais, parce que, par la volonté, leur âme sera détournée de Dieu et exclue de sa fin propre, leurs corps ne seront pas spirituels, comme étant complètement assujettis à l'esprit, mais leur âme sera

(1) *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimus. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba; canes enim tuba, et mortui resurgent incorrupti; et nos immutabimus. Oportet enim corruptibiles hoc induere incorruptionem, et mortales hoc induere immortalitatem. Quum autem mortales hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria* (I. Cor., xv, 51-54). — Si les corps des damnés eux-mêmes n'étaient pas revêtus de l'incorruptibilité, sans laquelle on ne conçoit pas l'immortalité, il ne serait pas vrai que la mort a succombé et que cette dernière victoire l'a détruite.

in hac sola etate consistit; puerilis enim etas nondum perfectionem naturæ consecuta est per augmentum, senilis vero etas jam ab eo recessit propter decrementum.

CAPUT LXXXIX.

De qualitate corporum resurgentium in damnatis.

Ex his autem rationabiliter considerare possumus qualis futura sit conditio corporum resurgentium in damnandis.

Oportet enim illa corpora animabus dam-

nandorum proportionata esse. Animæ autem malorum naturam quidem bonam habent, utpote a Deo creatam; sed voluntatem habebunt inordinatam et a fine proprio deficientem. Corpora igitur eorum, quantum ad id quod naturæ est, integra reparabuntur, quia videlicet in etate perfecta resurgent, absque omni diminutione membrorum et absque omni defectu et corruptione. quem error naturæ aut infirmitas introduxit. Unde Apostolus dicit: *Mortui resurgent incorrupti* (I. Cor., xv, 52); quod manifestum est de omnibus debere intelligi, tam bonis quam malis, ex his quæ præcedunt et sequuntur in littera. Quia vero

plutôt charnelle par l'affection. Ces corps ne seront pas non plus agiles, comme s'ils obéissaient sans difficulté à l'âme; mais ils seront plutôt lourds et pesants, et l'âme sera en quelque sorte impuissante à les soulever, tout comme les âmes elles-mêmes se sont détournées de Dieu par leur désobéissance. Ils resteront passibles comme maintenant, et même davantage, de telle sorte, cependant, que les êtres sensibles leur feront endurer des souffrances, mais non la corruption, de même que leurs âmes seront tourmentées du désir naturel du bonheur dont elles seront absolument privées. Les corps des damnés seront encore obscurs et ténébreux, de même que leurs âmes ne recevront pas la lumière de la connaissance divine. C'est ce qu'enseigne l'Apôtre en disant que *nous ressusciterons tous, mais nous ne serons pas tous changés* (*ibid.*, 51); car les bons seront seuls changés pour la gloire, et les corps des méchants, au contraire, ressusciteront sans gloire.

Il peut se faire que quelqu'un regarde comme impossible que les corps des méchants soient passibles, sans être cependant corruptibles, puisque toute passion, quand elle devient excessive, modifie la substance; car nous voyons que, si un corps demeure longtemps dans le feu, il se consume finalement; et même si la douleur est trop intense, l'âme se sépare du corps. — Mais tout cela a lieu en supposant la mutabilité de la matière d'une forme à une autre forme. Mais, après la résurrection, le corps humain n'aura pas la faculté de passer d'une forme à une autre forme, ni chez les bons, ni chez les méchants, parce que chez les uns et les autres il recevra de l'âme sa perfection complète quant à l'être naturel, en sorte qu'il ne sera plus possible de supprimer telle forme dans tel corps, ni d'y en introduire une autre,

anima eorum erit secundum voluntatem a Deo aversa et sine proprio destituta, eorum corpora non erunt spiritualia, quasi spiritui omnino subjecta, sed magis eorum anima per affectum erit carnalis. Néc ipsa corpora erunt agilia, quasi sine difficultate animæ obedientia; sed magis erunt ponderosa et gravia et quodammodo animæ importabilia, sicut et ipsæ animæ per inobedientiam a Deo sunt aversæ. Remanebunt etiam passibilia sicut nunc, vel etiam magis, ita tamen quod patientur quidem a rebus sensibilibus afflictionem, non tamen consumptionem; sicut et ipsorum animæ torquebuntur a naturali desiderio beatitudinis totaliter frustratæ. Erunt etiam eorum corpora opaca et tenebrosa, sicut et eorum animæ a lumine divinæ cognitionis erant

alienæ. Et hoc est quod Apostolus dicit, quod *omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur* (*ibid.*, 51); soli enim boni immutabuntur ad gloriam, malorum vero corpora absque gloria resurgent.

Forte autem alicui potest impossibile videri quod malorum corpora sint passibilia, non tamen corruptibilia, quum omnia passio magis facta abiciat a substantia; videmus enim quod, si corpus diu insigne permaneat, finaliter consumetur; dolor etiam si sit nimis intensus, anima a corpore separatur. — Sed hoc totum accidit supposita transmutabilitate materiæ de forma in formam. Corpus autem humanum post resurrectionem non erit transmutabile de forma in formam, neque in bonis, neque in malis, quia in utrisque totaliter persistet ab

la puissance divine assujettissant entièrement le corps à l'âme ; d'où il suit que la puissance qui est dans la matière première pour toute forme, restera en quelque sorte enchaînée dans le corps humain par la puissance de l'âme, pour qu'elle ne puisse pas être amenée à l'acte d'une autre forme. Mais, parce que, relativement à certaines conditions, les corps des damnés ne seront pas absolument assujettis à l'âme, la contrariété des choses sensibles les tourmentera dans les sens ; car ils seront tourmentés par le feu corporel, en tant que, à raison de sa supériorité, la qualité du feu est contraire à l'équilibre du tempérament et à l'harmonie naturelle aux sens, bien qu'il ne puisse pas le détruire ; et, cependant, ce tourment ne pourra pas séparer l'âme du corps, puisque le corps doit nécessairement demeurer toujours sous la même forme.

De même que les corps des bienheureux seront élevés au-dessus des corps célestes par suite de leur renouvellement dans la gloire, ainsi, proportionnellement, un lieu bas, ténébreux et rempli de douleurs sera assigné aux corps des damnés ; aussi est-il dit : *Que la mort vienne sur eux, et qu'ils descendent vivants dans l'enfer* (Ps. LIV, 16) ; et nous lisons que *le Diable, qui les séduisait, fut jeté dans l'étang de feu et de soufre où la Bête et le Faux-Prophète seront tourmentés le jour et la nuit, dans les siècles des siècles* (Apoç., XX, 9 et 10).

CHAPITRE XC.

Comment le feu corporel fait souffrir des substances incorporelles.

Mais un doute peut s'élever sur la manière dont le Diable, qui est

